Digitized by Google

[BIB]LIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
A
26
NAPOLI

Google

PETRI
MORELLI
GALLO-CAMPANI,
Medici Regij,

FORMVLÆ
REMEDIORVM.

Studio & operâ
IOAN. IACOB. à BRVNN
Phil. & Med. D. Pract. Med. in
Acad. Profeſſoris Ordinarij.

Cuius accedit

SYSTEMA MATERIÆ
MEDICÆ.

Indicibus huic poſtremæ editioni additis.

LVGDVNI,
Sumptibus PETRI RIGAVD.

M. DC. LVII.

Digitized by Google

Admodum Illuſtri Ampliſſimoque

D. D. IO. VESLINGIO MINDANO EQVITI,

In celeberrimo Gymnaſio Patauino Anatomiæ, & Pharmaciæ Profeſſori Primario,

Hortique Medici Præfecto

Paulus Frambottus. F. P.

DESIDERATVS *diu multorum votis liber mea cura concinnior emendatiorque nullius nomen rectius ambit, quam celebre illud tuum, à cuius ſplendore auctoritatem tucelamque ſibi promittat. Quamuis enim longè*

 late

lateque ſparſa multiplicis doctrinæ tua fama non leue ipſi pretium addideris, tuo tamen iudicio Medicorum filios tantum ipſi concedere certum eſt, quantum nemini; qui è ſupremo Gymnaſij Patauini ſuggeſto idem argumentum ſcitè adeo doctéque ad rationes vocas, vt ne Protogenes de coloribus quidem ſententiam æquius tulerit. Non enim, quod pleriſque contingit, aliena fide, ſed tuis vſus oculis rariores Paleſtinæ, & Ægypti ſtirpes perluſtraſti, aciéque curioſa Democriti exemplo Nili monſtra rimatus, intimum naturæ artificium deprehendiſti, medelas iuxta mortalibus ſalutares aſſeruiſti, ea ingenij dexteritate ſermoniſque elegantia, vt quidquid ante longis peregrinationum tædiis plerumq; partum, apud nos temporis amœni compendio ſub conſpectum veniat. Nec vero in poſtremis habendum cenſeo, quod meas exegeris operas præclaris ingenij tui monumentis, quibus magno diſcentium incremento

rem tibi literariam plurimum deuinxi-ſti. Eminet in iis noua pene atque ad viuum elegantiſſimè formata humani corporis fabrica, opus tuo genio memori-que poſteritate digniſſimum. Mitto cæ-tera, quorum ſpem labentibus optato lu-ſtris extendas precor, perpetuum exi-guo hoc pignore teſtatus obſequium, quod eximiæ virtuti tuæ eruditorum chorus defert. Macte iſta gloria, vt plurimos diu ſoſpites.

Patauij Cal. Ian. 1647.

PROLEGOMENA.

MEDICAMENTORVM compoſitio dupliciter conſiderari poteſt. *Vno modo*, ſecundùm formam externam. *Altero Modo*, ſecundum internam: quæ omninò ad methodum medendi pertinet. Hæc rurſum bifariam perpendi poteſt. Vel enim docet, ex qua baſi, corrigentibus, conſeruantibus, dirigentibus conſtare debeat medicamentum compoſitum, quæ omnia ex indicationum natura omninò deſumenda: vel ſi alterans medicamentum, V.G. calefaciens, puta in ſedundo, ex variis ſimplicibus, calidis V. G. in primo, ſecundo, tertio, frigidis etiamnum in 1. 2. & 3. ita ſuadentibus indicationibus, iiſque paucioribus pluribuſve ſit componendum, docet, traditque quæ tam ſingulorum doſis ſumenda ſit, vt gradus ille quæſitus inde adequatè reſultet. Hanc poſteriorem medicamentorum compoſitionem ſecundùm formam inter-

num

nam conſideratam haudquaquam hîc perſcrutamur, ſed priorem, quæ perſpicuè docet, qua ratione materia Medica in varias & conuenientes formas concinnari poſſit, prout nimirum, vel ipſa ægrotantis libido quæ non vna omnibus, vel affectus, vel cauſæ morbificæ, vel affectæ partis varia conſtitutio expoſtulat. Quandoquidem verò, iuxta Philoſophum, 1. poſter. Analytic. ab initio πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προϋπαρχούσης γίνεται γνώσεως: *omnis doctrina, & omnis diſciplina procedit ex præmiſſa cognitione*; eapropter & nos huic tractatui ea prætermittemus, quorum notitiam priùs habere operæ pretium eſt. Ad quatuor verò capita omnia Prolegomena reduci poſſunt. *Primum* erit de ponderibus, ac menſuris medicis. *Secundum*, de abbreuiationibus & notis Medicorum. *Tertium*, de differentiis formularum ac diſtributione Tractatus. *Quartum*, quænam capita in ſingulis formulis ſint obſeruanda.

PROLEGOMENA.

MEDICAMENTORVM compoſitio dupliciter conſiderari poteſt. *Vno modo*, ſecundùm formam externam. *Altero Modo*, ſecundum internam: quæ omninò ad methodum medendi pertinet. Hæc rurſum bifariam perpendi poteſt. Vel enim docet, ex qua baſi, corrigentibus, conſeruantibus, dirigentibus conſtare debeat medicamentum compoſitum, quæ omnia ex indicationum natura omninò deſumenda: vel ſi alterans medicamentum, V.G. calefaciens, puta in ſedundo, ex variis ſimplicibus, calidis V. G. in primo, ſecundo, tertio, frigidis etiamnum in 1. 2. & 3. ita ſuadentibus indicationibus, iiſque paucioribus pluribuſve ſit componendum, docet, traditque quæ tam ſingulorum doſis ſumenda ſit, vt gradus ille quæſitus inde adequatè reſultet. Hanc poſteriorem medicamentorum compoſitionem ſecundùm formam internum

nam conſideratam haudquaquam hîc perſcrutamur,ſed priorem, quæ perſpicuè docet,qua ratione materia Medica in varias & conuenientes formas concinnari poſſit,prout nimirum,vel ipſa ægrotantis libido quæ non vna omnibus,vel affectus, vel cauſæ morbificæ,vel affectæ partis varia conſtitutio expoſtulat. Quandoquidem verò,iuxta Philoſophum, 1. poſter. Analytic.ab initio πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ ἐκ προυπαρχούσης γίνεται γνώσεως: *omnis doctrina, & omnis diſciplina procedit ex præmiſſa cognitione*; eapropter & nos huic tractatui ea prætermittemus, quorum notitiam priùs habere operæ pretium eſt. Ad quatuor verò capita omnia Prolegomena reduci poſſunt. *Primum* erit de ponderibus, ac menſuris medicis. *Secundum*, de abbreuiationibus & notis Medicorum. *Tertium*, de differentiis formularum ac diſtributione Tractatus. *Quartum*, quænam capita in ſingulis formulis ſint obſeruanda.

I.

De Ponderibus, ac Menſuris medicis.

CVm tota compoſitionis ratio è ſimplicium proportione dependeat, quæ pondere, menſura, numero, aceruo, ſeu mole æſtimatur, horum in primis notitiam præmitti operæ pretium eſt.

PONDERE arida ferè expenduntur; quorum variæ cùm ſint differentiæ, ex antiquorum monumentis, ſequentia tamen ſunt vſitatoria apud Medicos noſtrates in formulis præſcribendis.

Granum; ponderis initium & baſis, (vt & numerorum vnitas,) albi piperis granum pondere adæquans.

Scrupulus; qui, cùm grana 24. habere debeat, tamen ex vſu iam malè recepto in officinis 20. tantùm poſſidet.

Drachma continet ſcrupulos tres.

Vncia habet dracmas octo. De qua obiter aduerte: vbi tres præſcribuntur, menſuræ nomine Quartarium appellari; quòd quartam libræ partem expleat.

Libra habet vncias duodecim.

MENSVRÆ, quibus liquida æſtimantur, ſunt vaſa libris, & vnciis deſignata. Non enim certis quibuſdam vaſis concauis, vt veteribus in more erat poſitum, Medici hodie liquida dimetiuntur: ſed menſurarum modum ad ponderum rationem conſtituunt, vt quælibet menſuræ ponderibus exactè reſpondeant. Et quandoquidem non idem eſt liquidorum pondus (maior enim quantitas olei reſpondet vnciæ, minor vini, adhuc minor mellis,) hinc quoque triplices liquidorũ menſuras vſurpant: alias ſcilicet vino, & aquis deſtillatis, alias melli, alias oleo menſurando deſtinatas.

ACERVO ſeu *MOLE* præſcribitur medicamentorum quantitas per *manipulos, faſciculos, pugillos.*

Manipulus, eſt quantitas, quam manus tota complecti poteſt: atque vnciæ dimidiæ ferè reſpondet.

Faſciculus, quantum vlna, ſiue brachio complicato tenere poſſumus.

Pugillus vel *maior* eſt, vel *minor*. *Maior*, ſi capiatur tantum, quantum omnibus quinque digitis extremis ſimul iunctis aſſumi poteſt. *Minor*, ſi tantum accipia-

tur, quantum tribus primis digitis apprehendi poteſt.

Maior pugillus drachmam integram, Minor drachmam ſemis pondere æquat.

NVMERO tandem etiam aliquando medicamentorum quantitas definitur: eoque *pari*, vel *impari*. V. G. caricarum pinguium 11. 3. 4. &c.

In ſpecie verò nunc, ſi claſſes Medicamentorum ſpectes;

Radices, cortices & *ligna* ponderantur.

Folia manipulis: &, ſi pro balneis præſcribantur, faſciculis metimur.

De foliis illud etiam notandum, quod paſſim in purgantibus potionibus ad tertiam manipuli partem aſſumantur.

Seminum doſis pondere vtplurimùm exprimitur Hordeum tamen, & cicera pugillo menſurantur. Legumina item & ſemina maiora numero etiam definiuntur.

Flores itidem pugillo definiri certum eſt.

Fructus vel ſunt *maiores*, vel *minores*. Si *minores*, vt vvæ Corinthiacæ, paſſulæ, pondere plerunque, vel etiam numero exhibendi. *Si maiores*, vt poma, pruna, caricæ, ficus, numero præſcribuntur.

Aromata,

Aromata, gummi, reſinæ, &c. pondere definiuntur.

Liquores efficaces ac pretioſi, & *olea deſtillata* guttis.

II.

De abbreviationibus, & notis Medicorum.

MEDICI minori cum moleſtia & temporis iactura ſuas præſcripturi compoſitiones, certas habent literas ac notas, quibus vel pondera loco vocabulorum in formulis frequentiùs exprimunt, vel initium, aut clauſulam formulæ deſignant: certas item abbreuiationes, quibus vel primam tantùm aut alteram vocabuli, ſeu ingredientis ſyllabam ponunt, vel ſub vno quandoque titulo plura medicamenta deſignant, tùm *ſimplicia*, tùm *compoſita*.

NOTÆ PONDERUM.

Gr. gr.	denotat	*Granum.*
℈ ß.		*Scrupulum dimidium.*
℈j.		*Scrupulum.*
ʒj.		*Drachmam.*
ʒß.		*Drachmam dimidiam.*
℥j.		*Unciam.*
℥ß.		*Unciam dimidiam.*
℔j.		*Libram.*
℔ ß.		*Libram dimidiam.*
M.		*Manipulum.*
M ß.		*Manipulum dimidium.*
P.		*Pugillum.*
quart.		*Quartarium.*
an̄.		*ana*, i.e. *Æquale pondus, aut menſura duorum vel plurium medicamentorum.*
an̄. par.		*ſingulorum partes æquales.*
æq.		
q. ſ.		*quantum ſatis,* vel *ſufficientem quantitatem.*

Sub

Sub vno titulo generali plura quandoque ſimplicia comprehenduntur : *eáque*

SIMPLICIA.

Radices 5. aperientes maiores,
- *Apij.*
- *Fœniculi.*
- *Aſparagi.*
- *Petroſelini.*

Radices 5. aperientes minores,
- *Ruſci.*
- *Graminis.*
- *Rubiæ.*
- *Eryngij.*
- *Capparis.*
- *Ononidis.*

Herbæ emollientes 5.
- *Malua.*
- *Althæa.*
- *Violaria.*
- *Mercurialis.*
- *Acanthus*, ſeu *branca vrſina.*

Quibus alij *Parietariam*, *Betam* & *Atriplicem* annumerant.

Herbæ capillares 5.
- *Adiãthũ nigrũ*, ſeu *capil. Veneris.*
- *Adianthũ albũ*, ſeu *ruta muraria.*
- *Polytrichon aureum.*
- *Trichomanes.*
- *Aſplenium*, ſeu *Caterach.*

Quatuor ſemina calida majora,	*Aniſi.* *Fœniculi.* *Carui.* *Cumini.*
Quatuor ſemina calida minora,	*Ammeos.* *Amomi..* *Apij.* *Dauci.*
Quatuor ſemina frigida majora,	*Cucumeris.* *Cucurbitæ.* *Citrulli.* *Melonum.*
Quatuor ſemina frigida minora,	*Endiuiæ.* *Scariolæ.* *Lactucæ.* *Portulacæ.*
Quinque genera Myrobalanorum.	*Citrini*, ſeu *flaui.* *Chebuli.* *Indi*, ſeu *nigri.* *Emblici.* *Bellirici.*
Quatuor flores cordiales,	*Borraginis.* *Bugloſſæ.* *Roſarum.* *Violarum.*

Fragmenta quinque lapidum pretioſorum.	*Saphiri.* *Granati.* *Smaragdi.* *Hyacinthi.* *Sardæ*, ſeu *Carneoli.*
Quatuor aquæ pleuriticæ,	*Cardui Mariæ.* *Taraxaconis.* *Cardui-benedicti.* *Scabioſæ.*

COMPOSITA.

Tria olea ſtomachica,	*Abſynthij.* *Cydoniorum.* *Maſtichinum.*
Quatuor vnguenta calida,	*Aregon.* *Martiatum.* *Althæa.* *Agrippa.*
Quatuor vnguenta frigida,	*Album camphoratū.* *Roſatum Meſuæ.* *Populeon.* *Infrigidans Galeni.*

III.

De differentiis Formularum, ac diſtributione Tractatus.

FVNDAMENTI loco, FORMVLÆ MEDICÆ voce hic in

intelligimus medicamentum compoſitum magiſtrale, h. e. in rem præſentem à Medico præſcriptum : ad differentiam officinalium. De quibus ex profeſſo hic non agemus, ſed incidenter tantum, propter argumenti affinitatem.

Totum verò Tractatum in duos libros diuidemus: quorum PRIOR eſt *de Medicamentis internis*, POSTERIOR *de Medicamentis externis*.

LIBER PRIMVS conſtat ſectionibus tribus. *Prima*, de formis Medicamentorum liquidis. *Secunda*, de formis Medicamentorum mollibus. *Tertia*, de formis Medicamentorum ſolidis.

CAPITA, ET FORMVLÆ SECTIONIS I.

CAP. I.	*De Apozemate.*	1
II.	*De Iulepo.*	28. *& ſeq:*
III.	*De Potione.*	36. *& ſeq.*
IV.	*De Syrupo.*	60
V.	*De Domitoriis.*	88
VI.	*De Vinis medicatis.*	104
VII.	*De Emulſione.*	118
VIII.	*De Amygdalato.*	121

IX. *De Hordeato.* 123
X. *De Lacte, & Sero lactis.* 124
XI. *De Hydromellite.* 126
XII. *De Hydroſacchato, & Ptiſana.* 128
XIII. *De Diata.* 130
& Bocheto. 143
XIV. *De Decocto Galli.* 145
XV. *De Deſtillato inſtaurante.* 148
XVI. *De Iuſculis.* 153

CAPITA, ET FORMVLÆ SECTIONIS II.

CAP. I. *De Bolo.* 155
II. *De Opiata.* 160
III. *De Eclegmate.* 170
IV. *De Condito.* 175

CAPITA, ET FORMVLÆ SECTIONIS III.

CAP. I. *De Paſta regia, Morſellis.* 177
II. *De Pandaleone.* 180
III. *De Maſſa panis, & Pineolato*

lato. 181
IV. *De Tabellis.* 182
V. *De Pilulis.* 186
VI. *De Trochiſcis.* 195
VII. *De Puluere.* 198

LIBER SECVNDVS conſtat ſectionibus duabus. *Prima* de Remediis communibus pluribus partibus. *Secunda*, de Remediis propriis partium quarundam.

CAPITA, ET FORMVLÆ SECTIONIS I.

CAP. I. *De Epithemate.* 203
II. *De Lotione.* 208
III. *De Fotu.* 211
IV. *De Inſeſſu & Semicupio.* 214
V. *De Balneo.* 217
VI. *De Stupha*, vel *Sudatorio.* 220
VII. *De Embrocatione.* 222
VIII. *De Linimento.* 226
IX. *De Vnguento.* 228
X. *De Cerato.* 232 & ſeq.
XI. *De Emplaſtro.* 235
XII. *De Spanadrapo.* 238
XIII. *De Cataplaſmate.* 239 & ſeq.

XIV. *De rubificantibus,* { *Dropace.* 243 / *Veſicator.* 247
XV. *De Sacculis.* 248

CAPITA, ET FORMVLÆ SECTIONIS II.

Remedia propria partium quarundam ſunt vel

CAPITIS. *Frontale.* CAP. I.
De quo. 252
Oxyrrhodinum. II. 254
Cucupha. III. 255
OCVLORVM. *Collyrium.* IV. 257
ORIS. *Gargariſma.* V. 265
Apophlegmatiſmus. VI. 266
Dentifricium. VII. 269
NARIVM. *Errhinum.* VIII. 279
Suffimentum. IX. 275
Odoramentum. X. 281
STOMACHI. *Scutum.* XI. 284
VTERI. *Peſſarium.* / *Naſcale.* } XII. 290
ANI. *Suppoſitorium.* XIII. 291
Clyſter. XIV. 294
Sub quo continentur.
Injectiones variæ. XV. 301

IV.

Quanam capita in ſingulis formulis obſeruanda.

IN ſingulis formulis deſcribendis tria maximè perpendemus. 1. *Compoſitionem*. 2. *Vſum*. 3. *Vtilitatem*.

In *compoſitione* docebimus, quanam ex materia ratione *qualitatis, quantitatis*, & *ordinis præſcribendi* concinnetur quælibet formula. Vbi *in genere* notandum, ratione *qualitatis* ſemper eligenda ſimplicia. 1. *Maximè appropriata* & *efficacia:* vt quantum quidem fieri poteſt, æger quàm citiſſimè ſanitati reſtituatur. 2. *Tuta*, quinetiam, vt, ſi non proſint, ſaltem non obſint ægris: licet tamen in affectibus deſperatis quandoque, ſed exquiſito iudicio adhibito, periculoſa medicamenta experiri. 3. *Grata* & *iucunda* colore, odore, ſapore, cum morbo tamen pugnantia. Sic enim naturæ fucum facimus vtiliſſimum. 4. *Experta* & vſu ſæpiùs approbata. His enim longè fœliciùs tutiuſque morbi curantur, quàm inexploratis in corpore humano, quæ vel doctiſſimus Medicus magna ratione adhibita

excogi

excogitarit. Ratione *quantitatis continuæ* in genere omnia ſint moderata, neque vncia imperetur drachma vbi ſuffecerit. *In ſpecie* verò ingrata & triſtia medicamenta ſapore vel odore, quia nec facilè ſumuntur, nec retinentur, ob id minore copia cum aliis miſcenda. Ratione *quantitatis diſcretæ*, ſiue *numeri* ingredientium ſimplicium, vt non tentandum compoſito, ſimplici quod effeceris; ſic in compoſitione ſimplicium vitandæ ſunt vaſtæ illæ atque in molem theriacalem exſtructæ compoſitiones, quæ prætérquàm quòd ad oſtentationem potiùs, quàm ægri vtilitatem faciunt, ægro inſuper nauſeam in aſſumendo, Pharmacopœo verò moleſtiam in componendo non paruam pariunt, hacque ratione omiſſionis occaſionem præbent; Medicum proin ſpe, ægrotantem medicamenti fructu, cum ſanitatis diſpendio, priuat. Ratione *ordinis præſcribendi*, etſi nihil medicamento virium decedat, quocunque ordine ſimplicia præſcribantur, modò interim rectè præparetur, elegantius tamen & pulchrius eſt, obſeruare ordinem in præſcribendo talem, qualem

qualem in ſingulis formulis deſcripſimus: adeò vt in genere hic circa ordinem nihil vlteriùs habeamus aduerſione dignum.

In vſu præſcriptæ formulæ conſiderabitur primò *quantitas*, ſiue *doſis*; deindè *tempus*; poſteà vtendi *modus*: denique verba ſubnectentur, quibus formula ipſa concipi ſolet.

In vtilitate tandem fructuum vniuerſum, qui ex qualibet medicamenti formula emergit, breuiter ac perſpicuè, tùm *in genere*, tùm in *ſpecie*, demonſtrabimus.

LIBER

LIBER PRIMVS.

SECTIO I.

DE MEDICAMENTIS liquidis.

CAP. I.

DE APOZEMATE.

QVOD Latini *Decocta* Græci vocant *Apozema*, ἀπὸ ζέννυμι quod eſt *decoquo, feruefacio*, propriè deducta.

Nihil autem eſt aliud APOZEMA, quàm medicamenti forma liquida, ex liquore, qui vires variarum ſtirpium ebiberit, conflata, ſaccharo, vel melle condita, clarificata, & aromatizata, in quatuor aut quinque doſes, ad alterandum vel purgandum comparata.

Apozema duplex eſt, aliud veterum iam obſoletum, aliud recentiorum operioſioris laboris, quod perſequimur, quodque ab effectu duplex potiſſimùm ſtatuimus, Alterans, & Purgans.

Apozema Alterans.

Apozema ſeu *decoctum alterans appello, quod*

aliâ quâuis, quàm purgandi per carthartica vi, perſuſum eſt, tùm corpus, tùm contenta, humores maximè, vario modo immutans.

Corpus autem vel alterat tantùm in qualitatibus, & hoc alterans *propriè vocatur in genere, ac prout ex ſimplicibus proprietate quâdam varias partes ſpectantibus conficitur*, cephalicum, hepaticum, &c. *in ſpecie dici meretur.*

Vel etiam vſitatè, ſtudio futuræ purgationis proſperæ, corpus obſtructionibus impeditum reſerat, vnde Aperiens *nuncupatur.*

Humores etiam alterat in primis, & ſecundis qualitatibus, idque vel ſine conſilio purgandi, & hoc ſimpliciter alterans, calefaciens *putà, &c. dicitur; vel quia ſecutura eſt purgatio, vt humores carthaticis fiant obedientiores, & hoc in genere* Coquens *appellatur, in ſpecie verò pro variâ humorum ideâ*, pituitam concoquens, &c.

Cæterùm ad Apozema reuocabis varia decocta, quibus vtimur paſſim ad menſes prouocandos, vrinas, ſudores, &c. qualia ſunt Hydrotica inferiùs recenſenda.

Quicquid ſit, quia iſta methodum medendi magis ſpectant, in Apozemate alterante tria conſideranda. 1. *Compoſitio.* 2. *Vſus*, ſeu *forma præſcribendi.* 3. *Vtilitas.*

COMPOSITIO. In Compoſitione ſex maximè accuratiùs methodicè conſideranda.

1. *Materia*, ex quâ vis medicatrix elici debet.

2. *Liquor*, in quem traducenda, traiiciendáque materia.

3. *Decoctio* ipſa, & *decoctum*.

4. Quænam *diſſoluenda* ſint in ipſo.

5. *Clarificatio* eiuſdem.

6. *Aromatizatio*.

MATERIA. In materia tria conſideranda; *qualitas, quantitas, præſcribendi ratio ac ordo*.

Quod ad *qualitatem*, materia, ex qua fiunt præſcribuntúrque Apozemata, vt & quæuis alia decocta, ſunt radices, cortices, ligna, folia, ſemina, fructus, flores aromata.

Quod ad *quantitatem* ſeu doſin, quâ iſta pro Apozemate præſcribi debent, præſcribuntur.

Radices ad ℥ iiij. vel vj. ad ſummum.

Cortices (ſi aſſumantur) ad ℥j. vel ℥ij. ad ſummum.

Ligna, ſi præſcribantur, eadem doſi.

Folia ad M. viij. vel x. ad ſummum.

Semina ad ʒj. vel ʒj. ß. rarò ℥ ij.

Fructus, *vel* ſunt minores, vt paſſulæ, & præſcribuntur bifariam; pondere ad ℥j vel ℥ij. vel numero, eóque pari, quod vulgò efferunt, ad paria 4. 6. 10. 20.

Vel ſunt maiores, & hi numero tantùm,

eóque pari vel impari, ſi maximi, (vt poma inciſa numero duo, tria, &c.) pari verò, ſi paulò minores, vt caricarum pinguium paria decem.

Flores ad P. iiij. vel vj.

Aromata præſtat in aromatizatione, quàm in decoctione præſcribere: ſi tamen opus eſt, in purgantibus à ℥ ij. ad ℥ ß. ad ſummum.

Quod ad *ordinem præſcribendi*, vt hoc à pharmacopœo decoqui, ſic etiam præſcribi debent à Medico: videlicet 1. radices, (cortices deinde & ligna, ſi veniant in vſum:) 2. folia. 3. ſemina. 4. fructus. 5. flores, & cum iis aromata.

LIQVOR. In liquore, in quo mateia iſta decoquenda, duo conſiderantur, *qualitas* & *quantitas*.

Quod ad ipſius *qualitatem*, eligitur is pro intẽtione Medici: paſſim autẽm in omnibus Apozematibus *aqua fontana* præſcribitur, *putealis, optima, quæque*: ſæpè autem, & vſitatè etiamnum *aqua hordei*, quod aliàs *decoctum hordei* appellatur, vbi refrigerandum & detergendum, vt in biliosis: *hydromel tenue*, maximè vbi attenuandum, & incidẽdum, detergendum, calefaciendum, in pituitoſis: *ſerum lactis*, in melancholicis; *aqua chalybeata* aliquando, in obſtructionibus

viſce

erum:in quibus præſcribitur etiamnum
ùs à Practicis, *Fiat decoctio in aquæ & vini*
bus æqualibus;ſed præſtat vinum tantum-
lò in fine præſcribere.
uantitas liquoris non definitur, præſcri-
r à Medico quantum ſatis, vel ſufficiens
ititas.
ECOCTIO & DECOCTVM. Materiâ
zematis enumemeratâ, ac diſpoſitâ
cribitur, *Fiat decoctum* (in liquore ſci-
iam dicto.) Illud autem vulgò impe-
r ſimpliciter, neque definitur ad quam
oris conſumptionem:tamen etiam ali-
lo vſitatè ſolet exprimi, *Fiat decoctio*
ʒ j ß. vtrumuis feceris, non errabis. De-
ione abſolutâ (vnde decocti nomen)
cribitur, *capiatur del colatura* ℔ j ß. *vel*
aria ſex. Apozema enim in quatuor
s inſtituitur, & hoc mode ſingulis do-
ʒ iiij. ß. contingunt; ſin autem volue-
in quinque doſes ʒ xx. imperentur, nec
es, cùm aliàs ante finitum vſum cor-
patur Apozema, vel trahat ſitum.
ISSOLVENDA. Diſſoluenda in ipſo
ctio, tùm ad conſeruationem, tùm ad
iam ſaporis guſtui, vires etiam Apoze-
conciliandas, conſiderantur ratione
tatis & *quantitatis.*
tione *qualitatis*, diſſoluuntur.

1. *Vel* ſyrupus tantùm, iſque idoneus, affectum & affectam partem reſpiciens, & ferè ſemper quia & edulcorat Apozema, & ſimul vim communicat, quâ imbutus eſt; vnde & hac ratione reſarcitur virium defectus ipſius Apozematis, ab incuria pharmacopœi minùs ſeduli aliquando, aut auari malitia oboriundus.

2. *Vel* ſaccharum tantùm in affectibus quibuſuis, humoribus, naturis calidis, frigidis:

3. *Vel* ſyrupus & ſaccharum ſimul.

4. *Vel* etiam mel aliquando, in omnibus affectibus frigidis, capitis & pectoris maximè, vt & hyeme, ac illud vel ſimplex, vel medicatum, *roſatum colatum* putà, *anthoſatum*, in affectibus capitis à copioſa illuuie pituitoſi humoris.

5. Præter iſta dulcorantia, quorum vnum vel duo perpetuò, & ſemper in omni Apozemate diſſoluenda, aliquando etiam vtiliſſimè ad maiorem vim conciliandam, & efficaciam diſſoluuntur;

Vel ſucci depurati herbarum variarum in varios fines, à varietate indicantium, ſic paſſim *ſuccus fumariæ*, *lupulorum* in melancholicis, *borraginis*, *bugloſſæ* in iiſdē, & bilioſis, vt & *acetoſæ mercurialis* in vteri affectibus variis, ſuppreſſione menſium, &c. *aut*

fru

fructuum,fermè acidorum, & in calidis affectibus ferè,vt *limonum* in bilioſis, *pomorum redolentium* in melancholicis , *granatorum* etiam in bilioſis , & vbi vrinæ mouendæ.

Vel liquores alij , vt 1.*Acetum*, in calidis & bilioſis ad æſtum potenter extinguendum,in obſtructionibus, vel etiam frigidis aperien dum,humores craſſos incidendos, & atten uandos : quia tamen vtero moleſtum, abſtinendum in muliere. 2.*Vinum* in frigidis affectibus , & naturis, humoribus craſſis, lentis , obſtructionibus , & vbi vis medica altiùs ad partes diſſitas ducenda. *Aqua vitæ* aliquando eodem conſilio,quo num.

Notandum verò , quòd vbi ſucci diſſoluuntur, ut alij liquores,ex dulcorantibus ſuprà dictis ccharum ſolùm ferè præſcribi,raro ſyrupos.

Ratione *quantitatis* diſſoluuntur. Dulcorantia quidem ad ℥ iiij. vel ℥ vj.ad ſummũ: enim cuique doſi apozematis ℥ j.vel ℥ j cõtinget, quæ ratio communis doſiũ eſt. Vbi autem ſyrupus & ſaccharum ſimul eſcribuntur , viſitatè definitur ſyrupi ſis ad ℥ iij. ſacchari verò dicitur q.ſ.quod non facile eſt definire :

Succi vel liquores validiores ,vt *acetum, a vitæ* ad ℥ j.vel ℥ ij.ad ſummum:alias

poſſunt diſſolui doſi dulcorantium.

CLARIFICATIO & AROMATIZATIO.

Clarificatio & Aromatizatio imperantur deinde, præſcribitúrque, *Fiat Apozema clarificatum & aromarizatum pro quatuor doſibus.*

De *Clarificatione* vide poſteà.

Quoad *aromatizationem*, in ea duo conſideranda, *qualitas* & *quantitas*.

Ratione *qualitatis*, vel fit cum aromate aliquo ſimplici: in refrigerante quidem Apozemate cum *ſantalo citrino, rubro, &c.* in calefaciente verò paſſim cum *cinnamomo* (poteris & cum *zingibere, croco* etiam in melancholicis, & vbi mouendi menſes:) in affectibus autem pectoris frigidis vſitatè cum *puluere ireos Florentij*, vel fit cum puluere elect. alicuius officinarum, in calidis quidem affectibus paſſim cum *puluere electuarij trium ſantalorum*, in frigidis verò vſitatè cum *aromatico roſato.*

Ratione *quantitatis*, doſis aromatizantis eſt à ℨ j. ad ℨ ij. ſi cum ſimplici aromate fiat; ſi enim cum puluere electuarij alicuius, ℨ j. vel ϶ ß. ſufficiet.

VSVS & FORMVLA PRÆSCRIPTIONIS. R. &c. (i.e. *materiam dictam*) fiat decoctio in liquoris ſupra dicti q.ſ. vel ſufficiente quantitate, cape de colatura, &c. in quibus diſſolue, &c. fiat Apozema clarificatum

&

aromatizatum cum,&c.pro iiij. doſibus
ıtutinis,vel etiam veſpertinis,tribus ho.
antè cibum.

V T I L I T A S. Hæc medicamenti forma
ıuıda in genere frugifera, vbi alterandi
ımore s, (vel etiam purgandi,vt poſteà)
l affectus p. n. altiùs deliteſcunt,fluida
im vis altiùs ſe inſinuat ad eorũ radices,
penetrat ad diſſita viribus integrioribus;
etiam frugifera, vbi corpus aut affectus
:itate ſqualidus, madore ſimul vult per-
ıdi: vel quando humores craſſiores ſic-
res, vt in obſtructionibus melancholi-
›rum: hos enim humiditas diluit cum
ctu, & maiore dein effectu propinati
dicamenti.

n ſpecie verò alterans Apozema inſer-
maximè.

. *Præparationi* ad purgationem facilem
licémque, quæ in duobus,humorum &
poris apparatu,conſiſtit. Præſcribuntur
m tùm ad humorum coctionem, ſeu
ꝑparationem eorundem in primis & ſe-
ıdis qualitatibus,frigidos calefaciendo,
ſſos attenuando, incidendóque, lentos
viſcidos detergendo, feruıdos attempe-
ıdo, incraſſando tenuiores,quò medica-
nto cathartico trahenti, naturæ expel-
ti faciliùs cedant, eliminentur:tùm etiã

A 5

ad corporis præparationem, aperiendo obſtructiones, ipſum meabile reddendo, & εὔοδον, quò in offenſo curſu feratur humor: hic demum κάθαρσις fœliciſſima cum fructus & ægrotantis εὐφορία.

2. *Alterationi* etiam corporis & humorum conuenit extra conſilium vllius purgationis: vbi partes in priſtinam temperiem reuocandæ vario modo: ſed calefaciendo, refrigerando maximè humores etiam, bilis feruida præcipuè, contemperanda, vel alij humores quâuis ratione, juleporum loco, alterandi.

3. *Obſtructionibus* expediendis, ſi ab humore craſſo aduſto fuerint, aliàs ſi à frigido, Apozema eſto catharticum.

4. *Vrinis mouendis*, ciendiſque, detergendis etiã renibus, & expurgandis arenulis.

5. *Menſibus prouocandis*, licèt etiam huic negotio hodiè ferè purgantia admiſceantur.

Notandum tamen, hodiè ferè vſu inualuiſſe apud recentiores Practicos, omne Apozema alterans & purgans ſimul præſcribere, vt iam dicetur, & in alterantis locum iulepum, aut iuſcula ferè ſucceſſiſſe: vſitatiſſimè tamen, alterans ſimpliciter vocatur in vſum in febribus continuis, intemperibus partim calidis, & humorũ feruore, item in vrinis ciendis, æſtu renum, & quarimuis par.

partium extinguendo, reliquiis cauſarum morbificarum abſumendis, & in declinatione febrium per vrinas fit vſitatiſſimè.

Cæterùm præſcribuntur Apozemata. Vere maximè & autumno, adde & æſtate, cùm per illa tempora anni herbæ vireſcant, ſintque ad manus, poſſunt & per hyemem, ex ſiccis ſtirpium partibus maiore efficaciâ, ſi adfuerint, aliàs ſyrupis & iulepis erit vtendum, quæ vicem gerent Apozematum, debiliore licet ἐνέργεια.

Apozema Purgans.

Apozema purgans, vſu hodiè receptiſſimum, neque olim Meſuæo intactum, dicitur, quod humores præparans, coctos ſimul, vnâ & eâdem operâ, partitis vicibus (quatuor ſcilicet vel quinque) ſenſim per ἐπίκρασιν educit, catharticorum propriè dictorum vi, affectibus chronicis, à multis humoribus, aut contumacibus, maximè conueniēs.

Hoc autem, pro variâ humorum indole phlegmagogum aliud eſt, melanagogum, cholagogum, hydragogum.

In eo tria perpendenda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In eius COMPOSITIONE duo maximè conſideranda.

1. *Materia*, ex quâ decoctum fiat catharticum.

2. *Diſſoluenda* in ipſo.

MATERIA, ex qua Apozema purgans fit, ſunt cathartica ſimplicia, cum ſuis correctiuis, pro humorum idea varia, vnà cum materia, vel decocto Apozematis alterantis decocta, aut in hoc ſimul infuſa.

In illis autem tria conſideranda, *qualitas, quantitas, & præſcribendi decoquendique ſeries ac ordo.*

Ratione *qualitatis*, ſimplicia cathartica, quæ vſitatè tantùm decoquuntur, ſunt *Senna, Polypodium, Carthamus, Turbith, Hermodactyli, Agaricus, Epithymus, Helleborus, Eſula, Semen ebuli.*

Quæ verò vſitatiùs infundi debent, vel leuiter admodùm decoqui, *Rhabarbarum, Myrobolani, Tamarindi, Caſsia* aliquando.

Ratione *quantitatis*, iſta doſi præſcribenda, quæ in 4. aut 5. ſufficiet. *In genere* autem, quia inter decoquendum virtus cathartica, vel ſolet vaneſcere, vel non extrahi ſufficienter, vnumquodque purgans ſimplex, pro quâuis doſis conſtituenda, debet præſcribi in decocto copia multò maiore; proportione ſcilicet ad doſin, qua datur in ſubſtantia, dupla in validioribus, tripla vel quadrupla in mediocribus, ſextupla etiam & octupla in leuioribus; ita tamen, vt leniorum duæ ſint partes, validiorum vna tãtùm, vel etiam quarta pars; & in omni ferè

Apo

Apozemate purgante hæc tria pro baſi præſcribantur, *Senna, Polypodium, Carthamus* maiori quantitate, reliqua verò pro humoris ſpecie addantur,ſed doſi minore ab ℥j. ad ℥jß. ad ſummum : conſultis interim humoris natura eiuſdem vitio in 1.& 2.qualitate , quantitate demùm , corporis etiam temperamento , conſtitutione , ad purgationem conſuetudine , aut ἰδιοσυγκρισίᾳ, regionis conditione,cœli ſtatu , anni tempore,ſexu,ætate.& aliis legitimam κάθαρσιν limitantibus,& quæ ipſam facilem,aut difficilem futuram oſtendunt, cathartica proinde leuiora , validiora, maiore, minoréue doſi eſſe exhibenda.

In ſpecie igitur in omni ferè Apozemate, illa tria pro baſi (purgantia enim Apozemata pituitæ,& melancholiæ,ſeroſis humoribus,ferè debentur , vt bili etiamnum aliquando, cui ſenna maximè conuenit) ſic ſolent apud Môſpelienſes vſitate præſcribi.

Filiorum ſennæ orientalis mundatorum
Medullæ ſeminis carthami contuſi
Polypodij quercini recentis an. ℥. ij. ℥ ij ß. ℥ iij. pro baſi, ita tamen, vt modò huius illiúſue quantitatem maiorem poſſis præſcribere, prout hunc,vel illum humorem magis purgare conſilium.

Quòd ſi pituita veniat euacuanda , huic

baſi inſuper hæc ſolet adſcribi.

Turbith gummoſi & electi ℥ ß. ʒ vj.

Hermodactylorum ℥ ß. ʒ vj.

Agarici recenter trochiſcati,in nodulo ligati,vel ligatura poſiti ℥ ß. ʒ vj.

Rhabarbari (aliquando) *elect.* in nodulo poſiti,vel ſeorſim infuſi ℥ ß. ʒ vj.

Licèt turbith non ſit addendum, vel hermodactyli,niſi vbi validiùs agere propoſitum, & à longinquis trahendus humor: aliàs enim poſtrema duo ſufficere poterũt.

Quòd ſi melancholia educenda, (detracto ex baſi dicta, ſi volueris, carthamo, auctâ reliquorum doſi) addantur.

Epithymi Cretici ʒ vj. ℥ j.

Radicis veratri nigri, vel, *ramentorum bellebori nigri* ʒ j. ℥ ß. (ſed rariùs, & tantùm in melancholiâ contumaci.)

Sæpiùs verò *agaricum* , *& rhabarb.* melanagogis permiſcent, quòd fortè eorum obſtructiones pertinaces,à viſcidis mucilaginoſis humoribus foueantur.

Quòd ſi etiam bilis leniter purganda, *ſennæ* (ad fuligines aduſtas expurgandas) pro baſi tantùm præſcriptæ, adſcribes.

Tamarindor. ℥ j. ß. ℥ ij.

Rhabarb. elect.&c.vt ſuprà ℥ ß. ʒ vj.

Corticis myrobalanorum citrinarum , oleo amygdalarum dulcium confricatarũ ℥ ß.

Tamen

Tamen myrobalanos præſtabit tantùm infundere, ne maiorem adſtrictionem, præter ſcopum, Apozemati concilient.

Quod ſi ducendæ aquæ, ſeroſique humores exhauriendi, baſi dictæ adiunges.

Rad. ireos noſtratis, in taleolas diſſectæ, ℥j.
Corticis medianæ ſambuci vel *ebuli* ʒ ij. ℥iij.
Fol. ſoldanellæ M. j.
Hermodactylorum ℥ß.
Rad. mechoac. ſeorſim infuſæ ℥ ß.
Eſulæ, (vbi agendum fortiùs) *acetomaceratæ* ʒj.

Permiſcētur & phlegmagoga ſuprà dicta.

Iis catharticis ſua corrigentia addenda, vt dictum ſuprà. Horum autem doſis à ʒij. ad ℥ ß.

Quod ad *ordinem præſcribendi*, (& decoquendi) cathartica in Apozematis formulâ collocantur paſſim poſt fructus, ante flores, aromata etiam ſeu correctiua ſtatim poſt purgantia: *Polypodium* autem, quia initiò ſemper decoquitur, ideò & initiò præſcribi inter radices poteſt.

DISSOLVENDA. Colato decocto, vel diſſoluuntur tantum dulcorantia, ſuprà in Apozemate alterante enumerata, doſi dicta ibidem, quando nempe decoctum Apozematis purgantis ſat fuerit catharticum: ſin contrà leuius extiterit, in decocto

colato diſſoluantur inſuper alia cathartica, in quibus cõſiderantur *qualitas* & *quantitas*.

Ratione *qualitatis* diſſoluuntur.

Vel ſyrupi purgantes, idque ſemper ſi nullum dulcorans diſſolueris, vt, *roſarum ſolutiuus* in bilioſis & feroſis humoribus, vt & recepto more in omnibus: de *cichorea compoſitus* in bilioſis: de *fumaria* in iiſdem & melancholicis.

Vel, ſuccus roſarum pallidarum recenter expreſſus, aut infuſio earundem completa, (quod vſitatiſſimum. Veris tempore, in purgationibus illis prophylacticis, bilioſorum maximè, & eorum, qui ſeroſis humoribus ſcatent;) ſed tùm præſcribendum, *addatur ſacchari* q.ſ.

Et hæc præſcribuntur in colatura ſtatim diſſoluenda.

Vel etiam diſſoluuntur Electuaria officinarum, quæ vel opiatæ, vt paſſim in pituitoſis, *diaphœnicum*, quod & bilioſis, ideò tertianis nothis vtile, in bilioſis, *diaprunum ſimplex*, & *ſolutiuum*, *elect. de pſyllio* cùm extat, *manna* aliquando: in melancholicis, *confectio Hamech*, ſed cautè; *electuarium lenitiuũ*, ſeu *diaſenna ſolutiua*, vel tabellæ, vt in pituitoſis, *elect. de carthamo*, in bilioſis *elect. de ſucco roſarum*, in bilioſis & pituitoſis, vt & in melancholicis *elect. de citro ſolutiuum*.

Et

Et hæc præſcribuntur diſſoluenda in vltima doſi tantùm, vſus tempore, idque demum, ſi Apozema non ſatis fuerit purgans. His enim aliàs abſtinendum.

Ratione verò *quantitatis*, diſſoluuntur.

Syrupi ad ℥ iiij. ℥ vj.

Succus, vel infuſio roſarum ad ℥ iiij.

Opiatæ, & tabellæ ad ʒ ij. ʒ iij. prout ipſæ, & decoctum valida fuerint.

VSVS & FORMVLA PRÆSCRIPTIONIS. Eadem eſt, quæ Apozematis alterantis, hoc tantùm differt, quod dicitur. R. &c. fiat Apozema clarificatum, (vel, vbi volumus, agat validius, non clarificatum) & aromatizatum; &c. pro quatuor doſibus matutinis, in quarum vltima diſſolue *electuarium aliquod*, (quando adeſt eradicandi conſilium, vel quando Apozema non ſatis expurgauerit) fiat potio.

Item differt, ſi ante vſum Apozematis non minoratiuum fuerit exhibitum, dicitur in formula, pro quatuor doſibus matutinis, in quarum prima & vltima diſſolue *electuarij talis*, &c. fiat potio.

VTILITAS. Apozemata hodierna vt plurimùm purgantia ſimul, & alterantia. Sic enim ſenſim humores præparantur, coquuntur, & quia vna vice eradicari toti nō poterant, educuntur hac ratione per par-

tes,ſenſim,ſimul, per ἐπίκρασιν,ſine violentia. Remedium fœliſſicimum in morbis chronicis & diuturnis, quos humores pituitoſi, aut melancholici copioſi fouent rebelles, contumaces ; altè inhærentes, vnde affectuum pertinacium ſcaturigo,qui hâc arte eradicantur.In calidis morbis, ab humoribus feruidis,minùs conueniunt, & ſi aliquando vrgeat indicatio,præſcribenda ex lenioribus cholagogis, vt quando multa. Pauca materia namq; non indiget euacuatione partia,ſed ſimplici alteratione,quam dein vna vice facilè exturbes è corporé. Cenſentur etiam vtiliſſima in morborum declinatione,ad ſubducendas eorum reliquias,& in prophylaxi, ad eos præcauendos.

Cæterùm ferè receptum eſt, ante vſum eiuſmodi Apozematum, medicamentum minorans, ſeu minuens forma potionis, boli, pilularum, præſcribere,deinde humores hac ratione,ſenſim purgando, ad eradicationem apparare.

ANNOTATIONES.

1. CIRCA MATERIAM *hoc in primis obſeruandum, quoſdam varietatem illam, & numerum diuerſarum partium damnare in decoctis conſlandis; ſed quia illud hodiè receptum apud Practicos elegantes,licèt id ad formulæ quandam*

pom

pompam eſſe videatur, decocta eiuſmodi longa, vt vocant, ſeu apozemata ex rad. fol. ſem. fruct. flor. ſimul præſcribenda: hoc vnum improbandum, vbi quatuor, quinque foliorum genera, indicationum varietati ſufficere poſſunt, plura ſi coacerues, & vt expleas V.G.*latitudinem doſeos ſeminum Apozemate, octo vel duodecim diuerſorum* an. ʒj. *præſcribas: ſi duorum, trium* an. ℥ß. *ſufficiet: illud enim eſt decoctum in molem theriacalem extruere, pharmacopœis tædium & moleſtiam in diſpenſatione parere, omiſſionis occaſionem præbere, Medicum proinde ſpe ægrotantem medicamenti fructu, cum ſanitatis diſpendio, priuare.*

2. *Quod ad* QVANTITATEM *ſeu* DOSIN *ingredientium alterans Apozema, dubij admodũ, nec quid certi ſtatuunt, quod imiteris cum fructu: lex præſcripta ſtata eſt, vſu apud Monſpelienſes, & vtilitate apud ægrotos confirmata, ne cuiquam doſis maior videatur, aut ab ipſa abhorreat: vim enim medicatricem, efficacem, vegetámque parca & illiberalis manus non dederit, affectibus expugnandis idoneam: ſi enim Apozema efficax volueris & fœcundum virtute ſimplicium, quandoquidem eſſentia copioſa non habetur, niſi è multa copia, maiore quantitate præſcribas; quid namque virium à libra ſemis materiæ, pro quatuor doſibus Apozematis ſperes? cùm præterea ſæpius pharmacopœi minùs induſtrij vitio, vel incuriâ, co-*

Google

ctionis breuitate, aut præpoſterâ eiuſdem feſtinatione, (vt vincula quibus coërcita rerum facultas ſolui non potuerint, (non eliquetur, eliciaturque ſufficienter, vel eadem virtus coctionis nimietate, aut caloris & ignis vrgentiâ, vaſis etiam demùm, quo vulgò decoctiones celebrari malè ſolent, apertione exſpiret, exhalétque defectum illum, iacturam hanc, ratione hac, compenſabis legitimè, decocta efficaciſſima, & ſimpliciũ virtutibus vberrimè prægnantia comparando, non aquea, & qua medicum, ægrotumue fruſtrentur ſuo voto. Ergò in genere *doſis præfinitâ præſcribantur, vix maiore, paulò minore, ſi ſimplicia arida, & ſicca, quia efficaciſſima, ſi qualitatæ acutæ & naturâ, ac viribus excellentia, ſapore amaro, acriore, ſi ingrata, ſi decoctum velis quantitate paucum, ſin item debilius & contrâ.*

Speciatim *verò notandum circa* radices, *apud quoſdam Practicos, quæ vocantur aperientes, cum prouocantibus ſudorem, vt in variolis aliquando, permiſceri, (fortè quò attenuentur humores, & feliciùs, faciliùſue] in vaporem, ſudoremque roſoluantur,) quod certè faciendum doſi minore, ad* ℥ij. *vel* ℥iij. *ad ſummum: aliàs humores attenuatos ducent ad vias vrinæ ſudores minuentis, quo ſcopo Arabes, & hodierni ipſas permiſcent lentiũ decocto, ad variolas : quæ etiam valdè amaræ tantùm ad* ʒ vj. ℥j. *vt* gentiana, bryonia enula, *& ſi ſiccæ, ad* ℥ ß. ʒ vj. *præſcribuntur.*

*Sic & folia amara minore doſi,niſi decoctum velis efficax admodũ,quod exoptandum; vnde & paſim amariſſima ſimul videas in obſtructionibus frigidis coniuncta,*centaurium minus abſynth. *ad* M.ij.iij.iiij.Fructus *verò*, vel *ad alterandum tantùm præſcribuntur, refrigerandum puta*, pruna acida, poma, *calefaciendum*, paſſulæ, caricæ *ad par. x. xij. vbi verò aluus mollienda, detergendum,purgandum*, paſſulæ,ficus,pruna dulcia dacti *ad paria xx. plus minùs præſcribãtur: in affectibus verò pectoris & pulmonum, calidis & frigidis,paſſim largiore manu* paſſulæ, iuiubæ, ſebeſten, pruna dulcia,&c. *ad paria nim.*30. 40. 50. *præſcribuntur: tamen vide, ne decoctum craſſius, & viſcius, ac colatu difficilius inde euadat: vnde vbi caricæ pingues ingredientur, doſi ſemper minore,ad paria* 4.8. *præſcribuntur.*

Aduertendum etiam obiter, licet ſemina *pondere præſcribantur;* hordeum *tamen, &* cicera rubra, *vt flores*, P.j. M. ß. *ſemper præſcribi,vt &* epithymum *etiam aliquando cum ipſis ad* P.j. *licet etiam aliàs pondere imperetur ad* ℥ j.

Circa fructus, *ſi minores, vt* vuæ Corinthiacæ,*aut ſi partes quaſdam eorum detrahimus, aliquas tantùm in vſum vocantes, (vt cum* dactyli à fibris mundati *præſcribuntur;) tunc non numero,vel paribus; ſed pondere vſitatè præſcri-*

buntur , ſi integri,numero : tamarindi *ſolo pondere*,paſſulæ *ſiue integræ,ſiue mundatæ,numero & pondere.*

3. *Quod ad QVANTITATEM CATHARTICORVM in purgante Apozemate , vt illius ratio ineatur ſecurè, notandum in genere, vim catharticam in decoctis, vulgari via non haberi copioſam,niſi maiore copia præſcribantur,euaneſcere putà,vel non elici ſufficienter, ob rationes ſuprà recenſitas ; quibus & hanc adde,cathartica in liquore Apozematis decoqui demum,ſimplicium alterantium ſubſtantiâ tenuiore iam impregnatâ ſpiſſiore,ac ſæpiùs viſcida : vim ideò minùs vberem elici poſſe in liquorem : quòd hic alterantium ſubſtantia imbibitus,hanc reſpuat , & quia craſſior factus , alte ſe , aut facilè inſinuare non poſſit in materiæ commiſſæ partes , & eſſentiam purgatricem in decoctum reſoluere , hoc enim tenuitatis opus. Ergò doſi maiore præſcribenda , hâc ferè proportione , vt & eorum, quæ in ſubſtantia doſi ſemper minore exhibentur , vbi in infuſione præſcripſeris , maiorem præſcribas , duplam putà ad eadem,qua in ſubſtantia, in decoctis verò maximam,(ob rationes allatas ,) & illam quidem duplam,vbi vehementia, (vt* turbith,hermod. veratrum,&c.*triplam, vbi mediocria,(vt* agaric.&c.*)vbi leuiora, quadruplam , (vt* ſenna, polypod.carth.epith.tamarind.) *ex authorũ conſenſu , reique veritate præſcribas. Et hoc*

ſun

fundamento, quandoquidē Apozema quoduis in 4. *ferè doſes præſcribitur , cathartica ea quantitate aſſumenda, quæ ſufficiant in illas* 4. *h. e.* 4 *eorū doſes in decoctione, qua ſolent, erunt aſſumendæ , vt ſemper illa tria,* ſenna, polypodium cartham. *ex recepto more veluti pro baſi conſtituas. Vacuandum* V. G. *phlegma* 4. *vicibus continuis , ſi* ſennæ ℥j. ʒj. ß. polypod. *tantundem, carthami etiamnum præſcripſeris addideris quartum inſuper, agaricum putà, ad* ℥ß. ʒ vj. *habebis intentum. Quòd ſi præter* agaricum , *alia phlegmagoga etiam exoptes ,* turbith. V.G. hermodactylos , *tunc horum , vel illorum doſis erit minuenda, aut minor ſaltem validiorum præſcribenda. Atque hæc ratio vniuerſalis erit tuta vbique locorum, ſine diſcrimine, minorem tamen poteris præſcribere , ſexus conſideratione , ætatis, temporis , &c. Monſpelienſes multò maiorem, ex recepto more, paſſim præſcribunt, vt ſuprà in compoſitione vidimus, ita vt leniora in decoctis, contra communem illum conſenſum, aſſumant proportione paſſim ſextupla, vel octupla ; vehementiora etiam* (turbith) *quadrupla, licèt autem id ſecurè fiat Monſpelij , adhibiti interim circumſcriptionibus neceſſariis ; tamen id vbique locorum non eſt perſequendum , neque ita doſis indiſcriminatim præſcribenda, ſtandum potiùs à communi conſenſu ſuprà dicto , vel ſingulorum doſes exploranda in ſubſtantia, ex quibus, analogia deſcripta, ſingulorū*

doſes in decoctis inueſtigabis facilimè. Nota obiter, licèt ex hac proportionis regula, tamarindi *coqui deberent ad* ℥ ij. *proportione quadruplâ: quia in ſubſtantiâ dantur ad* ℥ ij. *tamen vix in decocto tranſcendi doſin, quâ dantur in ſuſtantiâ, quia viſcidi, decoctum lentum admodum reddunt, ac viſcidum, colatu ac clarificatu difficilium: item, licet* myrobar. *vix purgent, nunquam doſi maiore eſſe præſcribendas, ſed minore, ad ſummum ad* ℥ ß. ʒ vj. *quia decoctum adſtringentius, præter conſilium redderent, leuiter etiam ideò decoquendæ, in Apozemate verè cathartico, infundendæ potiùs, conſilio etiam ipſius Meſuæi, & rectè, contra quod vulgò fieri ſolet.*

4. *Cæterùm, materia Apozematis vtriuſque non promiſcuè,* ORDINE *quouis in formulâ præſcribenda, ſed certò, ſecundùm naturam decoquendorum, & ordinem, quem pharmacopœi, ex præſcripto artis, in parandis decoctionibus obſeruant, vt* 1. *radic.* 2. *folia, &c. reliqua deinceps ſeriatim, vt ſuprà definitum, decoquant.* Licèt *verò ita ſit, tamen* radix liquiritiæ, *quia in ordine florum, ob ſubſtantiæ tenuitatem, decoquitur, hinc & in eorum ſerie ſæpiùs præſcribitur, & ſi paſſim etiam in ordine radicum:* ligna odorata, cortices aromatici, cinnamomum, *quia vltimò decoqui debent, ob Spiritum reſolubilem facilè, poſtremò etiam, inter vel antè flores, præſcribenda.*

Seminum *ſeries poſt folia; tamen quatuor*

ſemin.

ſemin. frig.maiora, melonum, & *, cucurbitæ maximè, etiam paſſim,& ſæpius antè flores præſcribuntur* : cicera *verò* rubra *ſemper antè, vel inter flores præſcribuntur:* hordeum *autem rariùs in ſeminum,paſſim & ferè ſemper,in ordine florum,cum tamen inprimis decoquēdum.Semina mucilaginoſa,vt* altheæ, maluæ &c.*ſæpiùs ante flores rectè, ne diuturniore coctione decoctum ſpiſſius,& turbidum efficiant.*

Cathartica *diximus ante flores præſcribenda, tamen* polypodiū quercinū, *quia ita decoquitur,ideò & vſitatè inter radices præſcribi poterit,* epithymum *verò paßim inter flores,& ſæpiùs etiam eorum pondere, (pugillo nempe,)præſcribitur, corrigentia ſtatim poſt purgantia locanda.*

5. Circa LIQVOREM notandum,vinū in Apozematis ſæpiùs admitti, in affectibus frigidis, obſtructionibus,vbi craßi humores attenuandi,vel, vbi vis medica ducenda altiùs eſt,malè verò fieri in eius,& aquæ partibus æqualibus,cùm id fiat ſine fructu : ſi enim vel leuißimo calore, imò tepore, ſpiritum vini, ſeu aquam vitæ,(à quo tota illius ἐνέργεια acumen,& ſine quo vinum aqua ſine vita eſt,)confeſtim in eius deſtillatione, aſcendere videamus, & eleuari in eius elixatione cùm vaſe aperto, igne vrgente,quid aliud ſperes,quàm eius exhalationem omnimodam?vnde potiùs demùm ad finem affundendum vinum.

Notandum,radices;quidem apperientes paſſim

aceto macerari, optimo quidem conſilio, malè verò qui deinceps acetum, vel vinum, quo infuſæ fuerint, effundunt, radices ſolas iam effœtas ſine virtute coquunt: commeauit namque in ipſum virtus, quam hac ratione profundis: quandoquidem acidi quiuis liquores, rerum vim & eſſentiam omnium potentiſſimè eliciunt, vt videre eſt in extractis. Liquor ergò non eſt effundendus: inſeruit enim pro diſſoluendis.

6. Notandum, TERMINVM DECOCTIONIS *ambiguè definiri. In genere ſimplicia hac lege videntur decoquenda, vt vim omnem ponant in liquorem: quod in ſpecie alij mutatione coloris, & faciei alteratione definiunt, vt dura molleſcant, alia contabeſcant. Galenus ad tertias, aliàs ad medias; Meſuæus ferè ad medias; recentiores varij. Vt eluceſcat veritas, medicamentorum facultas & natura conſideranda: quorum enim virtus facilè reſoluitur, breuiore tempore coquenda, & ad tertiæ ferè, vel etiam quartæ conſumptionẽ: ne ſimplicium vis tenuis euaneſcat. Quorum virtus difficulter exhalat, ad tertias; quæ medio modo, ad medias: & quod reſpondet, quæ aquæ quadruplum obtinent, ad tertias: quæ ſextuplum, ad medias, vt ferè Apozemata, & alia decocta. Unde & hoc obiter notandum, ſimplicia ſubſtantiæ ſolidæ, denſæ, duræ, vt radices, ligna inodora, cortices, decoqui velle liquoris octuplo: quæ raræ, tenuis, mollis, ſubtilis, vt flores:*

res, aromata, cathartica, quadruplo: mediæ inter has ſubſtantiæ, vt folia, ſemina, fructus, ſextuplo.

7. De CLARIFICATIONE. *Nota, ſi decoctum velimus fortius, non eſſe clarificandum. Malè etiam eos facere, qui denuò coquunt, & cum albumine oui clarificant: quia vis ipſius & eſſentia perit. Hoc igitur ſtatuendum videtur, ipſum in Balneo Mariæ ponendum, vel in olla benè clauſa & obturata, ſuper cineres calidos: ſic vis ipſius conſeruatur, fæces ac reſidentiæ, quæ aliàs citiſſimè ipſum ad putredinem diſponunt, ſubſidunt, ac in fundo colliguntur: liquor autem tenuis in ſuperiore parte clarus, ac ſi clarificatus eſſet, conſeruatur.*

8. Circa FORMVLAM PRÆSCRIPTIONIS *hæc leuiſſima etiam notanda. Concepta nempe verba, in præſcribendis formulis, & ingredientibus, eſſe accuratè obſeruanda ab artifice, ne irridearis, aut videaris minus peritus: hæc autem ſequentia ſic ſolent vſitatè præſcribi.*

R. Radic. commun. vel aperitiu. vel diuretic. per noctem in vino albo, (pro obſtructionibus frigidis, & quibus acetum nocet,) vel aceto maceratarum.

Liquiritiæ recentis raſæ, & parùm contuſæ.
Corticis radic. capparum.
Corticis mediani fraxini.
Corticis mediani tamariſci, qui tres cortices ſimul ſemper in obſtructionibus, & affectibus melã-

cholicis, præſcribuntur apud Monſpelienſes.

Folior. borrag. bugloſſ. dentis leonis, aceto, cichor. endiu. cum radicibus, vel cum toto.

Summitat. fumar. lupul. malu. byſſop. abſinth. Pontici, vel comarum eiuſdem.

Hordei integri, vbi magis detergendum & aperiendum; hordei mundi, vbi leniendum, & in affectibus pectoris.

Seminis melon. & cucurb. mundat. vel medullæ ſemin. melon. & cucurbitæ.

Cicerum rubrorum.

Baccarum Iuniperi.

Pomorum curtipend. mundat. & inciſor. n. 2. 3. &c.

Paſſularum mundatar. purgatar. enucleatar. ab acinis mundatarum.

Dactylor. à fibris mundatorum.

Caricarum pinguium.

Prunorum dulcium.

Nucleorum pini lotorum.

Fiat decoctio in aquâ hordei perfectè cocti.

CAP. II.

DE IVLEPO.

MEDICAMENTVM dicatum alterationi: veteribus Græcis ignotum, Arabum inuentum eſt, ex eo, quòd è delicatis & ſuauibus

uibus ferè fiebat,aut ſaccharo ſaltem, nomen adeptum,voce Iuleb, *vel* Iulep *apud Perſas potionem dulcem ſignificante.Iuniore Græci, Arabum imitatione*, Ζελάπιον, *aliis verò* Ιουλάβιον, *nuncuparunt: quæ nomina apud Medicos hodiè adhuc vſitata, etſi res ipſa iam obſoleta.*

Duplex autem reperitur apud authores, alius veterum appellandus, alius verò recentiorum.

Iulepus veterum,à noſtro totâ facie diuerſus, ſyrupus eſt,ſed ſimplex,ex ſucco, aqua deſtillatâ, infuſione hordei,decocto vnius rei tantùm propriè & ſaccharo conſtans,vtendi tempore etiam plerunque conficiendus,qualis olim vſitatiſſimus Iulep roſatus,*aliàs dictus* Alexandrinus,*&* Regius, *ad ſitim,& æſtum elegantiſſimus.*

Iulepus verò recentiorum, qui hodiè paſſim præſcribitur, veterum quidem nomen retinuit, non formam,& vocatur paſſim Julepus,vel Iulep, licet qui nuperrimis annis ſcripſerunt ſyrupum,& ſerapium nuncuparint:quem admodum & hodiè adhuc ſepius Itali:quòd fortè Iuleporum baſis ſyrupus.Monſpelij Iulepum iam appellant.

Eſt autem I V L E P V S,*medicamentum fluidũ inſtar aquæ, ex liquore idoneo, & ſyrupo (vel ſaccaro aliquando)ſimul ex tempore,ſine coctione, permixtum, in tres aut quatuor doſes, ad humores coquendos,vel alterandum quouis modo, aut roborandum,comparatum.*

Hinc duplex ſtatui poteſt hoc medicamentum

alterans; vel enim humores præparat ad κάθαρσιν, ſeu coquit, veterum græcorum προποτισμὸς purgationum uniuerſalium, potio veluti præcurſoria, qui coquens *ideò rectè appellatur; vel extra vllum purgandi ſcopum aut conſilium alterat humores, ſpiritus, corporis partes alias, quò pertinet,* roborans, cardiacus.

In eo tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo perpendenda. 1. *Liquor* idoneus, ex quo. 2. *Diſſoluenda* in ipſo.

In LIQVORE duo attenduntur; *qualitas, & quantitas.*

Ratione *qualitatis*, *vel* præſcribitur ſola aqua ſtillaticia, affectum, & affectam partē reſpiciens; quod vſu frequentiſſimum pro Iulepo humores præparante, hyemis tempore maximè herbarum defectu: tùm etiam alterante alio quouis modo, atque roborante.

Vel aqua deſtillata, & ſuccus ſimul, quod paſſim vſitatiſſimum pro Iulepo cardiaco, & roborante.

Vel decoctum potionum ſimplicium, doſi ferè media Apozematis, & eadem ratione præſcribendum: quod in humorum coctione, aut alteratione, ſæpiùs faciendum.

Ratione

Ratione verò *Quantitatis*, pro qualibet doſi liquoris, præſcribendæ ℥iij. ℥iiij. ac proinde cùm Iulepus in tres doſes paſſim, aut etiam quatuor imperetur, quantitas totius liquoris pro Iulepo erit, ℥ viij. ℥ xij. ſi pro trib. doſibus: xij. xvj pro quatuor: habito interim ad ætatem & corporis magnitudinem reſpectu: magnis enim corporibus ℥ iiij. vix ſufficient, niſi liquor virtute, aut ſapore efficax extiterit.

Aduertendum, quòd, vbi aquæ deſtillatæ, & ſuccus ſimul præſcribuntur, eorũ modo ſo ana partes æquales imperari, modò vt hi, (ſuccus,) aut illa, (aqua) alterum vnciis duabus, tribus, quatuorue ſuperet. Obiter tamen notandum, vbi ſucci acidiores ingredientur, ſat eſſe, ſi pro Iulepo trium doſium, ℥j vel ℥ ij. eorum præſcripſeris.

DISSOLVENDA in liquore iam dicto, conſiderantur ratione tùm *qualitatis* tùm *quantitatis*.

Ratione *qualitatis*, *vel* ſaccharum ſolum, quod rarius, *vel*, quod vſu ferè tantùm receptum, ſyrupus idoneus, partem affectam, & affectum reſpiciens.

Præter horum dulcorantium aliquod, perpetuò in omni Iulepo diſſoluendum, etiam aliquando diſſoluuntur.

1. In Iulepo quidem humores præpa-

rante,ſi ipſum ex decocto præſcripſeris inſtar Apozematum, eadem quæ in Apozemate alterante diſſoluenda,ſuprà diximus: quandoquidem eiuſmodi Iulep veluti minus Apozema eſt.

2. In cardiaco verò Iulepo,& roborante, *vel* confectio cardiaca diſſoluenda præſcribitur,eaque ſola,vt *confectio Alkermes, & de hyacintho*, maximè vbi roborandum alui diluuio præſente, in variolis,etiam,vermibus,poterit & *theriaca* in ſtatu contagioſo.

Vel puluis cardiacus ſolus, iſq; aut ſimplex,& hic rurſum vel aromaticus, vt *ſantalorum*, vel non aromaticus, vt paſſim in variolis *raſura cornu cerui,eboris, corallorũ, perlarum,vnicornu, lapidis bezoardici*, vt & in malignis humoribus, in lumbricis etiamnum,vt & *corallina* in iiſdem,&c. aut compoſitus, electuarij alicuius officinalis, vt *diamargariti frigidi, &c.* prout ferunt indicationes.

Vel confectio, & puluis ſimul, ſed quia ratione hac Iulepus cardiacus ex iiſdem ex quibus potio corroborans, conficitur, illius loco ſæpiùs ſolet præſcribi eiuſmodi potus in vnam doſin,&pro vſus neceſſitate reiterari:vtrumuis tamen feceris,non peccabis.

Præſcribitur etiamnùm hodiè frequentiſſimè

ſimè diſſoluendus *vitrioli ſpiritus*, in magno præſertim humorum, & partium incendio reſtinguendo, contagionis etiam aut putredinis labe arcenda, contemperandáve. Poterit & vtiliter permiſceri, vbi humores craſſi erunt attenuandi, ſiue calidi, ſiue frigidi, aut aperiendæ obſtructiones.

Ratione verò *quantitatis* pro vna quidem doſi vſitatè præſcribuntur.

Dulcorantia ab ℥ *j*.ad ℥jß.ad ſummum. Succi depurati, vel liquores, in Iulepo ex decocto conflato, ſiquidem validiores, vt ſunt acidi, ad ℥ ß. ſin contrà, ad ℥j.

Confectiones à ℈.j ad ij.ad ſummum.

Pulueres à ℈j.ad ij.ad ſummum, ſi tamen rariores, parciore doſi, vt *lapis bezoar. ad* g̃.iiij.vj. *vnicornu* ad ℈ ß.*perlæ* à ℈ ß.ad ℈ j. pro ditioribus.

Ex iis erit facilè, quantitatem diſſoluendorum pro Iulepo 3.aut 4.doſium colligere: & quia confectiones, ac pulueres cardiaci vnum æſtimantur, ſi vnà præſcribantur, non erit arduum, eorum doſin ſimul iunctorum limitare.

Spiritus verò *vitrioli*, ſi vocetur in vſũ, doſis hac ratione præſcribetur legitimè, ipſius nempe q.ſ. ad gratam aciditatem conciliandam, quæ ſc. linguam non feriat acriùs,

aut ſtuporem dentibus conciliet,)imperando.

VSVS & FORMVLA PRÆSRIBENDI. R. &c. (id eſt,liquorem, & diſſoluenda idonea,)fiat Iulepus pro 3. aut 4. doſibus matutinis: (poteſt & circa veſperam aſſumi, & pro vnica doſi aliquando præſcribi, in cardiaco maximè.)

2. Quòd ſi Iulepus ex decocto extiterit, ratio præſcribendi eadem, quæ Apozematis.

3. Si præter liquorem & ſyrupos idoneos,(ex quibus ſolis ſimpliciùs, & vſitatiùs alterans Iulepus,& pręparans componitur,)puluerem roborantem ſimplicem, vel compoſitum admiſcere conſilium fuerit, gratiâ aromatizationis præſcribetur. Fiat Iulep,qui talis pulueris ʒj.ʒjß.aromatizetur pro 3.4.doſibus.

4. Infantulorum Iulepi præſcribuntur ex cochleari,bis,ter in die aſſumendi.

VTILITAS. Iulepi fructus vberrimus,& celebris hodiè vſus eſt. 1. Vbi præparatio ad κάθαρσιν præuia deſideratur, hac enim forma duplici humorum concoctio ferè perficitur, Iulepo, vel Apozemate: & vt hoc vere potiſſimùm, ac autumno in iſtum finem præſcribitur,ita Iulepus concoquēs hyemis tempore,maximè ſimplicium aut viren

virentium herbarum defectu, aut ſiccarum, vel minore colligendi opportunitate, loco Apozematis in eundem ſcopum vſurpatur: vel etiam, vbi per temporis anguſtias aut vrgentiam affectus, Apozema, aut aliud alterans maioris operis, non licet apparare, tunc ad extemporaneam Iulepi ex aquarum deſtillatarum, & ſyruporum miſcelam, & confectionem confugitur, pauperum inopiæ ſimul conſulendo: ita vt Iulepus concoquens Apozematis alterantis ſit veluti ſuccedaneũ. Licet verò, hac ratione morbis citò occurratur, tutò, jucũdè, non tamen id fit eadem efficacia, vires enim Apozemati longè vegetiores.

2. Vbi quouis alio, quàm purgationis conſecuturæ conſilio, animus eſt alterare tùm corpus, tùm humores, tùm ſpiritus; ſed extinguere præſertim feruorẽ ipſorũ quẽuis; vel febres, & affectus calidos quoſuis, aut eorundem malignitatem refrænare.

Sic paſſim ad calidas intẽperies maximè, quibus priuato iure ferè conſecratur, vt ad capitis ardores depulſandos, æſtum cordis, febres cõtinuas, ardentes alias quaſuis, feruore immodico moleſtas, epatis, renũ, viſcerum incendium, ad ſitim leniendam, &c.

Ita etiam humorum ardor extinguitur, & ſi quæ malignitas coniuncta, commodiſſi-

mè frangitur, liquore cardiaco refrigerante. Ita vſitatè ad cor corroborandum, & arcendam quamuis labem malitiæ, vires exhauſtas inſtaurandas, & ſpiritus ac robur firmum & conſtans, per morborum impetum & ſæuitiam, ipſis, vnà cnm affectuum alteratione, concilianda.

Sic & ad motum humorum coërcendum, vt per hæmorrhagias ex idoneis, & ſanguinem vndiquaque erumpentem, vt pleuritidis initio: ad ſpirituum agitationem præpoſteram, vt per vigilias exuperantes.

In ſumma, hæc forma liquida vtilis eſt, vbi præparandi humores ad purgandũ, cor corroborandum, vires inſtaurandæ confeſtim, vel alterandum quocunque conſilio; ſed citò & promptè, ac vbi partes afflictæ, humores, affectus, altiùs in corpore deliteſcunt, ad quæ alterans medicamen aliâ formâ minùs citò, aut facilè commeat.

Cap. III.

DE POTIONE.

POTIO medicamenti forma eſt liquida ex rebus facientibus ad ſcopum, laxatiuis, cardiacis, aut aliis, diſſolutis in liquore idoneo, conflata, ſed in

in vnicam doſin præſcribenda, ſumendaq; formâ potus (hinc nomen,) ad purgandum, vel roborandū, aut alterandum quouis alio modo comparata.

Vnde potio hodiè triplex exiſtit: purgans & cardiaca, ſeu roborans: & alterans alio modo.

Potio Purgans.

Potio cathartica, generis nomine potio ſæpiùs ſimpliciter dicitur, vt huius appellatio abſolutè pro purgante vſu recepta ferè habeatur. Quidam nuperrimè doſin nuncupabant, quòd non niſi vnicâ vice, nec pluribus continuò, niſi interiecto aliquot dierum, & temporis interuallo, priuato iure eſſet propinanda.

Eſt autem forma remedij liquida, ex medicamento laxante decocto, vel infuſo, aut cum alio liquore diſſoluto. & ſyrupo paſſim conflata, vnicâ vice exhibenda, certum humorem vel plures, vi catharticâ, electiuè per aluum ducens.

Hinc potionis catharticæ differentiæ conſtitui poſſunt pro humorum purgandorum vario diſcrimine, vt alia cholagoga, phlegmagoga, melanagoga, hidragoga, vel ex his mixta exiſtat.

Quicquid ſit, in eâ tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo maximè perpendenda. *Liquor* idoneus ex quo, & *diſſoluenda* in eo.

LIQVOR diſſoluendis potionis catharticæ medicamentis idoneus, ratione tùm

qualitatis, tùm *quantitatis* conſideratur.

Ratione *qualitatis*, præſcribitur *in genere*.

1. Vel *decoctum* aliquod.

2. Vel *infuſio* ſeu *infuſum*.

3. Vel *vtrumque*, decoctum & infuſum ſimul.

4. Vel *liquor alius*, ad ſcopum Medici & intentionem faciens.

In ſpecie verò. I. *DECOCTVM*, quod pro potione purgante conflanda vſitatè præſcribitur, triplex eſt, *purgans*, *&* *alterans*, vel *vtrumque ſimul*.

Decoctu purgãs, vſitatè cõponitur præſcriptá ſolá *ſennâ*, pro liquore potionis melanagogæ, & phlegmagogæ, ad ℥ß. ʒvj. ℥j. (prout purgare cõſiliũ, aut alterius cathartici officinalis, electuarij putà, vel ſyrupi purgãtis plus minùs, in liquore iam colato diſſoluere propoſitũ,) additis correctiuis propriis, vt *aniſo*, *gа.yophyllo* ad ʒj. vel etiam inſuper floribus cordialibus, *borrag. bugloſſ.* vel *violar.* ad P.j. & huiuſmodi decoctum, Monſpelij vſitatè etiam decoctum purgans ſimpliciter appellant, audiuntque de ipſo abſolutè, quando catharticum aliquod, *Diacarthamum* V.G. cum decocto purgante præſcribunt exhibendum.

Poſſet conflari etiamnum huiuſmodi decoctum, præſcriptis aliis catharticis, quan-

titate,qua ſufficerent in vnam doſin, pro ſpecie humorum diuerſis,additis propriis correctiuis,vt *carthamo, turpetho,hermodactylis*, pro phlegmagogâ potione: *polypodio, epithymo, ſennâ*, pro melanagoga,ſed illud minùs vſitatum: cùm præterea liquorem *ſenna* catharticum poſſit ſuppeditare,qui ipſorum naturæ,& indicationibus varijs reſpondeat. Cæterùm neceſſariò aliquando,& vtiliter præſcribunt huiuſmodi decocta purgantia,quando electuario officinali purgante caremus proprio, ſeu,quod humori purgando ſoli approprietur, quod in potione phlegmagoga, & melanagoga paſſim accidit, cùm enim nullum ſit electuarium merè phlegmagogum, ſi tale tamen exoptet, & exigat indicatio, decoctum præſcribas ex *ſennâ* vt baſi,addito *carthamo*, & ſi agendum valentiùs, aut trahendum à remotis, *turpeto*, *hermodactylis*, quarta parte doſeos Apozematis purgantis, additis correctiuis. Sic quia nullum in officinis efficax melanagogum:(*diaſenna* enim debilis) vel tutum, *confectio* namque *Hamech* maior periculoſa doſi, effectu purgandi anceps admodũ, ideò rariùs vſitata;minor verò ad melancholiam ita decantata, bili potiùs competit:nam obiter neque ſennã admittit præcipuum melanagogum,& tota compo-

ſitio melanagogῶν eorúmque benigniorũ, partes decem habet tantummodò, cholagogῶν verò, h.e. *ſcammonei* partes, ſeu doſes ſummas 48. ita vt cholagoga partibus tribus ſuperent melanagoga, tunc ob has cauſas, vbi purganda melancholia ſola, rectè præſcribemus decoctum ex *ſenna*, *epithymo*, *polypodio*, *fumaria*, *&c.* Hæc de decocto purgante.

Decoctum alterans, vſu hodiè paſſim receptum, duplex rectè ſtatui poteſt; *officinale*, ſeu *vſuale*, quod vbique apud pharmacopœos ſine Medici præſcriptione proſtat, fit, paratúique. Aliud quod in rem præſentem recenter prçſcribitur, quod *magiſtrale*, ſi vis, appelles.

Officinale triplex eſt; *Decoctum commune medicinæ*, *Decoctoctum florum*, & *fructuum cordialium*, *Decoctum pectorale*.

1. *Decoctum*, ſeu *decoctio communis medicinæ* (quod ea communiter ad medicinas, ſeu potiones purgantes conficiendas vſurpetur, omni parti & humori conueniens, ſic dicta) obiter componitur ex *hordei* P.j. *prunor. dulc.* par. iiij. vj. *paſſular. liquir. raſæ*, parum contuſæ ana ℥ß. *aniſ. fænicul.* (hyemis tempore) *quatuor ſem. frig. maior.* (æſtatis) ana ʒ ij. *trium flor. cord.* ana P.j. fiat decoctio.

Cæterùm, ſic particulatim non ſolet vſi-

tatè

tatè præſcribi à Medico: quia paſſim proſtat, ſed ſimpliciter in formulâ connotari ſolet, quod etiam audiendum eſt de decocto florum, & fructuum, & in decoctione pectorali.

Huius autem decocti vſus triplex eſt: inſeruit enim vel diſſoluendis purgantibus ſimplicibus, ſed maximè compoſitis, electuariis, ſyrupis, pro potionibus, quod receptiſſimum, velinfundendis ſimplicibus catharticis, vel decoquendis denique in eundum ſcopum.

2. *Decoctum florum, & fructuum cordialium*, fit ex *liquiritiæ raſæ*, &c. *tamarind.* ana ℥ij. *paſſul. mundat.* ℥ß. *iuiub. ſebeſt. prunor. dulcium* ana par iiij. *flor. borrag. bugloſſ.* ana P.j. &c. F. decoctio.

In Italiâ, apud quos in vſu frequentiſſimum, hoc ipſum paſſim reddere ſolent catharticum, additâ ſennâ ad ℥ ß. ʒ vj. & vſurpare ad potiones purgantes diſſoluentis aliis medicamenti, bilioſis, pectori, renibus maximè dicatum.

3. *Decoctum*, ſeu *Decoctio pectoralis* Meſuæi, affectibus pectoris priuatim mancipata, conſtat ex *hordei integri* P.j. *liquirit. paſſular.* anna ℥ß. *capill. Veneris* M.j. *hyſſopi ſicci* M.ß. *caricar. ping. iuiubar. ſebeſt.* ana paria iij. vel numero vj. Fiat decoctio. Huius vſus præ-

cipuus in affectibus pectoris frigidis, diſſoluendis puta medicamentis, quæ pituitam expurgant, vel iiſdem infundendis, decoquendiſque.

Aliquando purgans ipsū efficitur, additâ *ſenna*, vt iam dictū, in decoctione cordiali.

Magiſtrale, ſeu *decoctum alterans*, quod in rem præſentem à Medico recenter præſcribitur, neque proſtat apud Pharmacopœos, componitur ex variis partibus ſtirpium, præſcribendis hac doſi, vt quartam partem Apozematis alterãtis adimpleãt:(vt enim hoc in quatuor doſes, ita potio in vnam tantùm inſtituitur;) licet ob moleſtiam diſpenſationis, ſæpiùs poſſis non omnes plantarum partes, dictas in Apozemate, ſimul congerere; ſed aliquas tantùm pro lubitu, & priuatim folior. duorum, trium ana P.j. aliquando præſcribere.

Cæterùm decocti huiuſmodi præſcriptio recens frugifera admodum, & neceſſaria, quoties licebit præſcribere, quò medicamentum purgans diſſoluendum, cùm ad partes ſæpiùs indifferenter ſe habeat, ipſis approprietur, aut ſi humori vacuãdo non ſit omninò conſentaneum, hac ratione ipſi reſpondeat: vnde ſeligi debent ad eiuſmodi decocta, ſimplicia, quæ proprietate partes laborantes affectent, vt ad ipſas

Cathar

Catharticum manu veluti ducatur, dirigatúique, aut humorem purgandum priuata indole reſpiciant:hinc enim demum medicamenti purgantis propinati fructus vberrimus efflorefcit.

Huius autem vſus maximè eſt,catharticis idoneis decoquendis,vel infundendis, aut etiam diſſoluendis aliquando.

Nonnunquam pro decocto alterante, in eundem finem, vſurpatur juſculum pulli, alterati foliis *endiuiæ, acetoſ. capill. vener. borrag.* &c.huius vſus maximè eſt in calidis affectibus,& æſtatis tempore præcipuè, catharticis diſſoluendis.

Decoctum alterans & purgans frequentiſſimè imperatur, ob rationes iam dictas, idque bifariam.

1. *Vel* præſcripta ſolâ *ſennâ*, decoctaque cum decocto communi officinæ ſuprà dicto, aut decocto magiſtrali,pro potione melancholiam aut pituitam educendi, quod vſitatiſſimum hodiè eſt.

2. *Vel* etiam aliis aliquando catharticis decoctis cum iiſdem, vt iam dictum eſt, in decocto purgante:quod etiam receptum.

Huius autem vſus idem eſt,qui ſuperiorum,ad infundenda nempe, decoquenda, diſſoluenda cathartica.

II. INFVSIO. Quod ad infuſionem, per eam hoc loco audio catharticorum macera-

tionem, factam in liquore idoneo, quò vis ipſorum à terrena mole ſolutâ, tincturarum more traiiciatur in liquorem, qui iſtâ vi impraegnatus, infuſum, ac etiam dilutum appellatur.

In illa duo conſiderantur, 1. *Infundenda cathartica*, 2. *Liquor*, in quo macerantur.

In vtriſque *qualitas*, & *quantitas*.

Infundenda, *ratione qualitatis*, poſſunt eſſe omnia cathartica, vt *ſenna*, *agaric*. &c. (*mannam* excipe, *aloën*, *colocyntita*, ob amarorem:) *caſſiam* enim Pariſiis iam etiam quidam infundunt.

Ratione verò *quantitatis*, ſi ipſorum infuſio ſola debeat purgare, abſque alio cathartico ſimplici, vel compoſito, in colatura, aut expreſſione diſſoluendo, doſi maiore præſcribenda, quàm ſi dentur in ſubſtantia, proportione ſcilicet duplâ, ſi validiorâ, aut triplâ ſi leuiora, additis correctiuis propriis, proportione ſubquadruplâ in validioribus, in leuioribus ſubſextuplâ.

Liquor, ratione *qualitatis*, *vel* ſimplex eſt, vt *aqua communis*, quæ ſegniter rerum facultatem elicit, *aqua deſtillata* quædam, in affectibus calidis maximè, *ſerum lactis*, in melãcholicis, *iuſculum carnis*, *aquæ vitæ*, quæ eximiâ facultate attrahendi rerum vim, ſeu diſſoluendi ſpiritus, & ſubſtantiam rerum

energe

energeticam, ac in ſe infundendi, omnes alios liquores ſuperat: ideò vtiliter vſurpanda in affectibus frigidis, & infuſionibus ad pituitam, & melancholiam naturalem, potione ipſius admixta ad ℥j. V.G. *vinum albū* huic proximè ſuccedit, vim rerum, quas infuderis totam ebibens, affectibus frigidis idoneū; in eius & aquæ partibus æqualibus infuſione facta, vel aliàs humor idoneus.

Vel compoſitus, decoctum aliquod ei ſuperioribus nempè.

Ratione verò *quantitatis*, hæc non definitur, relinquitur arbitrio Pharmacopœi, præſcribitur à Medico q.ſ. vel in ſufficiente quantitate.

Licet autem in genere ſic ſe habeat catharticorum infuſio, & omnium, vti dictū, legitimè fieri poſſit, in purgationis vſum, & majore cum emolumento, quàm cùm decoquuntur, vt dictum in Apozemate, tamen in ſpecie hodiè ferè inualuit, duo tantùm infuſionis genera vſurpare, pro liquore potionis catharticæ, quæ vſitatiſſima, & paſſim præſcribi ſolita.

1. Infuſum (nempe) vel *Rhabarb.* ſolius ad ʒj. ʒjß. addito, pro corractiuo *cinnamomo*, vel *ſpicâ* in frigidis ad ℈.vj. ℈ß. vel in calidis *ſantalo citrino*, ad ℈ß. pro liquore potionis cholagogæ; vt receptiſſimum, aut

etiam phlegmagogæ.

2. Vel infuſum *rhabarbari* ad ℥ j. ℥ j ß. addito *agarico* recenter trochiſcato, ad ℈ ij. cum corrigentibus, pro potione phlegmagoga, aut vbi pituita bili admixta.

Fit autem infuſio paſſim in *aquis endiuiæ, cichorij*, vt in bilioſis. *aquâ plantag.* vbi fluxus alui. poteſt & in decocto alterante, aut etiã purgante, vel aliquo ſuperiorum, vel alio idoneo liquore.

III. *DECOCTIO* & *INFVSIO ſimul*, paſſim etiam vſitatiſſima, dum præſcribitur, in alicuius decocti ſuperioris purgantis, & alterantis q. ſ. infundatur aliquod catharticũ, cum ſuis correctiuis, in quem vſum ferè tantùm, ex recepto more, admittuntur *agaricus, Rhabarbarum*. ſic vſu receptiſſimum, & hodiè frequentiſſimum, decoctum *ſennæ*, & infuſionem *rhabarbari* ſolius, aut *agarici* ſimul præſcribere, prout ferunt indicationes, pro potione phlegmagoga, melanagoga, aut bilem aduſtam vacuante.

IV. *LIQVOR* etiam *alius* quilibet, qui ſatisfaciat intento Medici, aliquando aſſumitur, pro potione purgatoria, diſſoluendíſque catharticis, dum præſcripto horum aliquo, *diacarthamo* V. G. ad ℥ ß. ʒ vj. imperatur, cum aqua tali, iuſculo, &c. diſſoluatur, & fiat potio, hoc autem vſitatum maximè

ximè eſt, vbi aliquando, (vt in caſu præcipiti per vrgentiam affectus, per temporis breuitatem, vel otium, aut alia incommoda,) non licet decocta, vel infuſa apparare.

· Seligitur autem ratione *qualitatis*, *aqua deſtillata quædam*, affectam partem, & humorem euacuandum reſpiciens: *iuſculum*, (ſic paſſim *manna* cum iuſculo præſcribitur ſumenda, ſimplici carnium, vel pulli alterato cum foliis refrigerantibus, pro bilioſis: ſic ad pituitā tabellam electuar. diacarthami præſcribunt ſæpiùs cum eodem:) *vinum* aliquando *album*, cum quo paſſim *mechoaca*, & *radix Ialap*, (quæ nuper venit in vſum ad eadem, ad quæ mechoaca,) præſcribuntur aſſumenda, in ſubſtantia ad ʒ j. ʒ j. ß. poſt quam etiam leuiter infunderint, pro pituitoſis, & humoribus ſeroſis *ſerum lactis*, *hydromel*, &c. ſed res præſcripto triplici ſuperiori modo vſitatiùs peragitur.

Ratione verò *quantitatis*, doſis liquoris, pro ſoluendis aliis medicamentis idoneis, varia exiſtit, pro ratione ætatum maximè. Pueris enim ℥ ij. ſufficiunt, adultis ℥ iij. grādibus. iiij. v. ad ſummum, quòd cùm majorem quantitatem catharticorum poſtulent, vt purgentur, niſi ipſa copioſiore humore diluas, potiones nimis inſpiſſentur, & fiant ingratiores.

DISSOLVENDA in liquore iam præſcripto, conſiderantur ratione *qualitatis* & *quantitatis*.

Ratione *qualitatis*, diſſoluuntur.

1. *Vel* purgantia: quando ſcilicet liquor potionis, vel nihil, vel non ſatis catharticus extiterit, quod cùm paſſim accidat, ferè ſemper cathartica diſſoluuntur.

2. *Vel* alterantia, dulcorantia ſc. ſaporis dulcioris, & gratioris cauſa, perpetuò diſſoluenda.

PVRGANTIA diſſoluenda ſunt *vel* ſimplicia, *vel* compoſita.

Simplicia ſunt *vel* mollia *manna*, *caſſia*, quæ vſitatiſſima in billioſis leuiter purgandis, & leniendis affectibus pectoris, & renum.

Vel dura aut ſicca; forma pulueris ſc. vt paſſim *puluis rhabarb.* in hæmoptoë, dyſenteria, & quouis alui diluuio, &c. *mechoac.* pro pituitoſis, & ſeroſis humoribus vſitatiſſimè, *radicis jalap*, quæ iam recenter in vſum venit in locum mechoacæ.

Compoſita ſunt *vel* officinalia, *vel* magiſtralia.

Officinalia ſunt *vel* ſyrupi, *Roſar. ſolutiu. de cichoreo compoſitus* cum *rheo*, de *fumar. compoſ.* de *pomis Regis Sabor*, ſi exſtet, *mel roſat. colatum.*

Vel

Vel electuaria, quæ vel mollia, opiatæ ſc. vel ſolida, tabellæ alias. Opiatæ conueniunt vel humoribus omnibus, *catholicũ:* pituitæ, *diaphœnic. Indum minus; benedicta laxatiu. hiera picra*, ſed ingratior: bili, *diaprun. ſimplex, diacaſſia, triphera perſica, diaprun. ſolutiu. elect. roſat. Meſuæi*, *elect.* de *pſyllio*; pituitæ & bili ſimul, *diaphœnicum, Indum minus*: melancholiæ, *catholicum* optimum, *diaſenna ſolutiua, confectio hamech minor*, ſeroſis humoribus, *benedicta laxatiua.* Elect. ſolida reſpiciunt vel bilem, *elect. de ſucco roſar.* pituitam, *diacartham. elect. de citro ſolutiuum*: bilem & pituitam, *elect. de citro ſolutiuum, diacarthamum.*

Vel puluis aliquis in officinis extans, vt *diatlrbith* in Germania pro pituitoſis, & ſeroſis.

Magiſtralia, à Medico præſcribi ſolita, in vſum præſentem, ſunt *infuſio Rhabarb.* ſemper, pro bilioſis maximè, dum vſitatè & frequentiſſimè præſcribitur, diſſoluatur infuſio ℥j. ℥jß. *Rhabarb. elect.* facta in *aquis endiu. cichor.* vel expreſſio ℥j. ℥jß. vel Rhabarb. infuſi ℥j. ℥jß. idem enim hæc tria ſunt.

ALTERANTIA ſeu *DVLCORANTIA* perpetuo, præter iam dicta, (*manna* tamen ſæpè ſola cum iuſculo, *diacarthamum* etiam

Rhabarb.mechoaca. cum vino albo præſcribuntur ſumenda) & vſitatè ſunt ſyrupi.

Hi autem ratione *qualitatis*, *vel* alterantes tantùm vſurpantur, ſi decoctum vel infuſio ſatis purgans extiterit, aut etiam, ſi ſatis purgantium in decocto colato, vel infuſione expreſſa fuerit diſſolutum,iique partem affectam,& humorem reſpicientes,vnde fructus purgationis vberrimus.

Vel purgantes ſimul, quando contrà ſe res habet, talis autem recèptiſſimus in omni ferè potione, *Roſar.ſolutiuus.*

Ratione verò *quantitatis*, doſis purgantiũ diſſoluendorum *in genere* quidem erit maior,vel minor,provt decoctum,vel infuſio, vel vtrúmque ſimul,aut nihil,vel magis aut minùs purgans extiterit. Cathartica enim hac quantitate diſſoluenda,vt cum ſimplicibus purgantibus, (ſi fuerint decocta vel infuſa,) vnam doſim integram, legitimamque conſtituant:quod facile eſt ex ſimplicium,& compoſitorum purgantium doſibus cognitis colligere,V.G.doſis *ſennæ* in decocto, vt ſola mediocriter purget, eſt ℥ j. ℥ j ß. *rhabarb.* in infuſione, vt etiam mediocriter purget, ʒ j ß. ʒ ß. iam ſi decoctum præſcribas ex *ſennæ* ℥ ß. in quo infuſa fuerit, deinde *rhabarbari* ʒj. pro pituitoſo purgando; quandoquidem *ſennæ* deco

decoctæ ℥ ß. eſt tantùm vna tertia doſeos integræ, id eſt ℥ j ß. quæ purgat demum mediocriter, *Rhabarb.* verò infuſi ʒj. eſt etiã tantùm $\frac{1}{4}$ doſeos eiuſdem Rhabarbari integræ, fit, vt hæc ſimul iuncta, conficiant tantùm $\frac{7}{12}$, quæ nondum ſunt doſis integra mediocris; deſunt enim adhuc $\frac{5}{12}$ doſeos perfectæ, ad quam complendam, tantundẽ diſſoluendum erit electuarij idonei, V.G. *diacarthami*; cuius doſis cùm ſit ʒvj. ſi ab ipſis $\frac{5}{12}$ mutueris, h.e. ʒ ij ß. habebis doſin, qua legetimè ſoluitur, vt cum aliis potio mediocriter corpus euacuat, in omnibus etiam mediocriter ſe habens. Atque hac ratione doſis diſſoluendorum examinanda, vt omnia exactè, tutò, non fortuitò periculoſè peragantur.

in ſpecie verò, quando liquor potionis nihil, vel leuiter purgans extiterit, ſolui poterit Monſpelij, in corpore mediocriter ſe habente.

Manna, ad ℥ ij. ℥ iij.

Caſſia, parca doſi ſoluenda, & non niſi ſummè exigente indicatione, (vt ſæpè in affectibus renum, & pectoris leniendis,) eò quòd potiones admodùm inſpiſſet, & ingratas reddat, ſi ſua doſi legitima diſſoluenda, ideò ipſius ſat erit ʒ iii. ʒ iv. & vt ipſius quantitas diminuta compenſetur,

C 2

addendo fortiora electuar. ad ℨiij. ℥ß. vnde & obiter, vt potionibus ſit acceptior, potiùs infundenda, vt iam Pariſiis.

Rhabarbarum in ſubſtantia ſi diſſoluatur, ad dyſenteriam, alui fluxúm, &c. id fit à ℈ i. ad ℨß. ℨj. puluis enim purgans ℨi. multùm non excedet: potio enim aliàs craſſior inde & ingratior euadet.

Mechoaca, ad ℨi. ℨiß.

Radix ialap, ad ℨi. ℈ iv.

Syrupus roſar. ſolutiuus recens, ad ℥ iii. ℥ iv. vetus enim vix ſoluitur.

Alij ad purgandum rarò ſoli vſurpantur diſſoluuntúrque, vt neque *roſar. ſolutiu.* niſi aliquando in delicatioribus, & qui facilè purgantur, vel etiam aliquando, vbi decoctum valdè purgans exiſtit.

Electuaria officinarum opiatæ forma, ſi leuiora, vt *diaprun. ſimpl. diacaſſ. tripher. perſica, diaſebeſt. catholicum.* (licet rariſſimè,) ad ℥j. ℥jß. maiore enim copia nimis incraſſant; *diaprun. ſolutiu. elect. de pſyll.* ad ℥ß. ad ʒ vj. ad ℥jß. ad ſummum, pro robuſtis: *Indum minus, Diaphœnic.* à ʒ iij. ad ʒ vj. *benedict. laxatiu.* à ℨij. ad ʒ v.

Quæ verò forma tabellarum, vt *diacartham. de citro ſolutiu. de ſucco roſar.* à ℨiij. ad ʒ vj. ad ſummum, pro robuſtioribus.

Infuſionis Rhabarb. doſis ſuprà expreſſa.

Dulcorantes

Dulcorantes ſyrupi vbi alterantes, licet vſitatè tantùm purgantes diſſoluantur, ad ℥j.℥jß. vbi purgantes ad ℥j.℥jß. ad ſummum, niſi ſolis ipſis ſolutis velis purgare, quod rariùs fit.

VSVS & FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

Formula varia exiſtit pro liquoris varietate.

I. Si liquor ex decocto ſuperiorum aliquo conſtiterit, præſcribitur. R. &c. (id eſt, *materiam dictam*) fiat decoctio in (*liquoris idonei*) q.ſ. ad ℥iii. vel ℥iiij. vel ſine hac expreſſione, fiat decoctio in, &c. q.ſ. cape decolatura ℥iij. ℥iv. vtrumque enim vſitatiſſimum, in quibus diſſolue, &c. fiat potio, quam ſumas cras manè, cum cuſtodia, leui cœna præcedente.

Quòd ſi nolueris decocti formulam ad longum præſcribere, ſat fuerit definitis laxantibus, & propoſitis, præſcribere decocti V.G. *endiu. agrimon. capillor. veneris* q.ſ. fiat potio, &c.

II. Si ex decocto officinali. R. &c. (*diſſoluenda*) cùm decocti talis q.ſ. fiat potio, &c. aut inuerſo ordine, R. &c. (id eſt *decocti talis* ℥iij.) in quibus diſſolue, &c. fiat potio.

Hoc idem etiam vſurpatur paſſim, cum decocto purgante communi officinarum.

III. Si ex infuſione.R. &c. id eſt, infundenda, fiat infuſio in liquoris dicti, q.ſ. (ſuprà cineres calidos, per hor. 12. vel per noctem, ſi lubeat, vel ſine hac temporis notatione,) expreſſione facta, diſſolue, &c. fiat potio.

Aliàs breuiùs præſcribitur.R.expreſſionē ℥j.ʒjß. Rhabarbari factam in aqua idonea, in qua diſſolue, &c. fiat potio.

Notãdum etiam, vbi infunditur mechoacа, & radix jalap, præſcribi ſpeciatim, vino albo, infundatur, exhibeatúrque manè cum cuſtodia, (ſiue facta expreſſione) ad ℥j. ʒ j ß.

IV. Si ex decocto & infuſo R. &c. id eſt, neceſſaria decoquenda, fiat decoctio in liquoris idonei q.ſ. in colaturæ ſufficienti quantitate infunde, &c. id eſt, ſuprà dicta in infuſione, expreſſione facta diſſolue, &c. fiat potio, quæ ratio hodiè vſitatiſſima.

V. Si abſque his, cum alio liquore potio præſcribatur. R. &c. catharticum diſſoluendum, V.G. *diacarthami* ʒ vj. pro pituitoſo purgando, cùm talis liquoris ſ.q. fiat potio.

VTILITAS. potio *in genere* quidē vtilis, vbi adeſt purgandi indicatio, & humores morbifici, vel ante coctionē minuēdi minorare, & medicamentum minoratiuū vocant, vel iam cocti, præparatique ad euacuationem

nem, corpore libero ac meabili eradicandi, aut aliàs excludendi, ſine hoc apparatu; quod cùm triplici medicamenti forma ſoleat fieri, potione, bolo, pilulis, (puluis enim & tabellæ purgantes, vt & ſyrupi non niſi liquore ſoluta, forma potionis, in vſum commodè veniunt.)

Potio *in ſpecie* præferenda;

Vbi humores, ratione ſitus, in prima regione maximè ſtabulantur, & illic citra vllam corporis perturbationem educendi, neque trahēdi à longinquis. Hac enim forma liquida, quandoquidem vis purgatrix, cum liquore in aluum illicò prolapſa, eam cum ipſo confeſtim permeat, egrediturque, non poteſt vis purgatrix in ventriculo, & aluo, per exiguā moram, ſpiritum ſuū catharticum copioſiùs, vel altiùs in remotiora diffundere, (licèt ab ipſis etiam, per conſecutionem, quædam euacuatio conſequatur) niſi validiora medicamenta decoquas, vel diſſoluas, ac majore copia, quod ita tutò minimè perficitur, quo in caſu pilulæ ideò meliores, quibus diutiùs cunctantibus, vis eorum tandem, etiam in habitum diffunditur. Ergò potio in affecto ventriculo, partibus vicinis, pancreate, meſenterio, liene, hepate, & aliis regionis inferoris, vtiliſſima.

Ratione verò ſpeciei humorum euacuandorum, forma potionis, (vt etiam boli,) meliùs conuenit temperamento, naturis, affectibus biliosis, quàm pilularum ſolida forma: quia ad humectandum, leniendum, refrigerandum etiam (qualia poſtulat iſta conſtitutio calida, & ſicca,) ſorbilia, & actu liquida aptiora, ideò vſurpanda, niſi ventriculi ſumma adſit imbecillitas, & diſcinctum robur, quod liquida magis diſſoluunt: tunc enim bolo vel pilulis vtendum.

Vtiliſſima etiam melancholiæ purgandæ, quòd hic humor ſiccitate ſqualidus, madore etiam actuali velit perfundi, viæ ſimul, per quas euacuandus lubricari, omnia laxari, humectari. Pituitoſis etiam potio vtilis, niſi ventriculus admodùm infirmus, & modò pituita in regione prima, vel etiam ſecunda reperiatur: vbi enim in tertia conſiſtit, & partibus remotis vix frugifera, niſi ex validioribus, & copioſis catharticis, à quibus periculum.

Confert etiam præſentibus obſtructionibus, à craſſis, ſiccis, denſatis humoribus, æſtatis tempore, vt hieme pilulæ.

Potio corroborans.

Potio corroborans, quæ aliquando & iulep, & potus, aliàs etiam potio cardiaca appellatur, eſt forma remedij liquida, ex confectione, vel pulnere

nere cardiaco, ac ſyrupo, diſſolutis in liquore idoneo, ad partium principum robur confirmandum, vires infirmas inſtaurandas, & proprios cordis affectus.

In eo tria perpenduntur. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo conſiderāda.

1. *Liquor idoneus*, ex quo.

2. *Diſſoluenda* in eo.

LIQVOR potionis cardiacæ, conſideratur ratione tùm *qualitatis*, tùm *quantitatis*.

Ratione *qualitatis*, præſcribitur

1. *Vel* aqua deſtillatica cardiaca ſola, *borraginis*, &c.

2. *Vel* aqua deſtillata, & ſuccus ſimul, quod vſitatiſſimum. Rariſſimè enim ſolus ſuccus, vt & raro & inuſitatè, decocta vel infuſa aſſumuntur.

Ratione *quantitatis*, doſis eadem, quæ potionis purgantis, & iulepi, ℥.iij. vel ℥iv. exiſtit, licet æſtate, vigente calore per febres, & calidos affectus, maior ipſius quantitas poſſit præſcribi.

DISSOLVENDA attenduntur ratione *qualitatis* & *quantitatis*.

Ratione *qualitatis*, diſſoluitur perpetuò ſyrupus cardiacus idoneus.

Præter hunc diſſoluuntur etiam ſemper.

1. *Vel* confectio cardiaca ſola, vt paſſim

& vſitatiſſimè, *confectio, albermes, de hyacintho*,&c. vide Iulepum.

2.*Vel* puluis cardiacus ſolus, iſque vel ſimplex, vt *raſura cornu ceruini, corallium, bolus armena, terra ſigillata, perlæ, fragmenta pretioſa, vnicornu, lapis bezoar*, aliquando præſcribendus, atque pro vrgentia & varietate affectuum, ac indicationum ſeligendus, vel compoſitus, puluis ſcilicet electuarij alicuius officinalis (vt *diamargar.frigidi,&c.*) paſſim vſitatiſſimus, & præſcribi ſolitus, pro eiuſmodi cardiacis potionibus, vt ſimplex aliquando tantùm, ſed rariùs.

3. *Vel* confectio, & puluis ſimul.

Ratione *quantitatis*, præſcribitur ſyrupus ad ℥j.℥jß.

Confectio cardiaca à ʒß. ad ʒj.ʒjß. ad ſummum.

Puluis cardiacus à ℈j.ad.℈ ij. vel ʒj. ad ſummum.

Quòd ſi tamen rarior fuerit, & pretioſior, ℈j. non excedat, ſic fermè ad ℈ß. ad ℈j.

Fragmenta etiam *pretioſa, vnicornu*, à g̃. v.ad ℈ß.

Lapis bezoar, ad g̃. iiij,vj.

Confectio, & puluis ſimul, ita præſcribuntur, vt dictam doſin compleant, modò huius, illiuſue, pro lubitu, maiorem quantitatem

titatem aſſumendo, vel partes æquales. VSVS eſt in vnam doſin, vrgente neceſſitate, quâcunque diei hora, vel morbi tempore.

Hæc autem FORMVLA PRÆSCRIPTIONIS: R. &c. i. e. liquorem in quo diſſolue, &c. fiat potio, vel potus, quem ſumat tali hora.

Aduerte, quia quædam diſſoluuntur in potione cardiaca, poſſe formula jam dicta præſcribi, vel, ſine hac expreſſione diſſolutionis, vſitatiſſimè omnia ingredientia præſcribi, addi tantùm, fiat potio.

VTILITAS: inſignis eſt ad proprios cordis affectus varios; ſyncopen, palpitationem, &c. malignos affectus, venena, & vbi robur ipſi afferendum, à quocunque morborum impetu debili, ac proſtato, vires eiuſdem, ac partium principum, & totius, per eorum ſæuitiem, & durationem præſentes fouendas, deperditas inſtaurandas, debiles confirmandas, & reponendos exhauſtos ſpiritus.

Potio alterans.

Potionem alterantem appello, formam etiam medicamenti liquidam quamlibet, quæ neque purgandis humoribus noxiis, neque confirmandis viribus afflictis dicata, ad alterandum vario modo, aut etiam vacuandum, ſine purgan-

te tamen,(vt ad calculum renum excludendum, &c.)in vnam vicem, vnámque tantùm doſin,ore ſumenda, præſcribitur.

COMPOSITIO ipſius eadem quæ corroborantis eſt, ex liquore ſc.ad ſcopum idoneo, aqua deſtillata ſola, vel addito ipſi ſucco, aliquandó decocto commodo, puluere conuenienti, pro indicationum varietate admodùm diuerſo,& ſyrupo apto ad intentionem; quæ omnia præſcribuntur doſi,& formula potionis coroborantis, vt ex vno alteróve ſequenti patebit.

Potio ſomnifera, vires à vigiliis exhauſtas inſtaurans, ac roborans.

R. aq.papauer.rheas, vel nenuphar. & lactuc. anna ℥ ij.*ſyrup papau.albi* ℥ j.*ſyrup.violac.*℥ ß. *conſ. alkerm.* ʒß.*fiat potio, quam ſumat hora ſomni.*

Potio ad lumbricos, quæ ſimul cardiaca

R.aq.portulac. gram. ana ℥ ij.*conf. de hyacinth.*ʒß.*puluer.l umbr. terreſt.ſiccator.*℈ j. *corallinæ, & raſur. cornu cerui, ana* ℈ ß.*ſyrup.de limonib.* ℥ j.*fiat potus.*

Potio ad partum promouendum.

R.*Vini hippocr.ex infuſione cinam.& dictamn. cum vino albo facta*, ℥ iv. vel ℥ v.*aq.cinamom.* ℥ ß.*confect. alkerm.* ℥ j.*croci.*ʒß.*ſyrup.de artemiſ.*℥ j.*fiat potus.*

C A P.

CAP. IV.
DE SYRVPO.

SIMPLICIA varia, herbæ, radices, ſemina, fructus, flores, & cætera, aut horum ſucci, vrgente neceſſitate, in promptu ad manus, & vſum ſemper quouis tempore, hiemis & autumni præſertim, non proſtant, ex quibus decocta, infuſa, aut alia medicamenta parentur: aut etiam ſatis integra, vel viribus inde libatis ſemper aſſeruari diutiùs non poſſunt, ſine labe: vel ſi ſuppetunt intemerata, affectus vrgentia, aut alia incommoda non dant perpetuò illas inducias, quibus facilè aut promptè apparari poſſint vtiliter in varias formas, aut facultates eorundem elici; Syruporum occaſio hinc & neceſſitas: vires ſtirpium namque diuerſæ ſic aſſeruatæ, reconditæque, ſacchari vel mellis beneficio, forma ſyrupi, premente neceſſitate, in promptu ad vſum præſtò ſunt, explendis indicationibus variis, eæque integræ ſine vitio conſeruantur, ſaporis gratiam habentes ſibi comitem, ita vt ſyrupi ſint conditura veluti quædam liquoris medicati, ſucci, decocti, infuſionis, in quorum ſinu latent medicamentorum facultates.

Syrupus autem Arabum medicorum inuentum eſt, & Græcis veteribus vix innotuit: oxymellitis ſolius, & mulſæ mentio apud Galenum, & Hippocratem, quorum exemplo Mauritani, ſuam Pharmaceuticam ſyruporum ſuppellectile varia exhornarunt. Recentiores Græci, vt Actuarius, Serapium vocant eum.

Nominis verò rationem, alij Græcam faciunt, quaſi τῆς Συρίας ὀπὸν, alij Arabicam; ſed res eſt non magni momenti.

Quicquid ſit, ſumitur hodiè etiamnum ſyrupi nomen, vel propriè, pro eo, quem deſcribemus, & qualis paſſim varius extat in officinis, vel impropriè pro decocto humores coquente, ſeu Apozemate, vt Rondeletius & Ioubertus ſcripſerũt, vel pro Iulepo etiam alterante, vt & hodiè paſſim in Italia Serapium appellant, quòd fortè Iulepum baſis ſyrupus, Monſpelij verò iam.

SYRVPVS, eſt medicamenti forma fluida ex decocto, vel ſuccis, aut infuſione conflata, ſaccharo, vel melle condita, atque in eam conſiſtentiam cocta, vt gutta in marmore non diffluat, ad alterandum, vel purgandum comparata.

Duplex ſtatuitur impræſentiarum: Alterans, qualem veteres, & nuperrimi æui Medici maximè vſurparunt, & Purgans.

Syrupus alterans.

Alterantis ſyrupi definitio repetenda ex iis, quæ ſupra diximus in Apozemate alterante, vt &

& differentiæ ibidem relatæ.

Eſt autem lucidioris methodi, vſus, præſcriptionis gratia, duplex: Officinalis & Magiſtralis.

Officinalis ſeu vſualis eſt, qui paſſim proſtat apud Pharmacopœos, cuius hîc mentionem faciemus, quia in eius vſu, & ratione præſcribendi, multa occurrunt ſcitu neceſſaria, pòſt deindè enumeranda.

Hic autem variè diuiditur, tùm ratione virium, tùm ratione compoſitionis.

Differentia ſumptæ à viribus, conſiderantur vel *in genere, quòd alius ſit* calidus, frigidus, humectans, & ſiccans, temperatus.

Vel *in ſpecie, reſpectu ad humores, aut corporis alias partes.*

Ratione humorum, non alterat vel in primis, quò pro ipſorum ſpecie varia pertinet, alterans, coquens, digerens, præparans bilem, pituitam, melancholiam, ſanguinem; *vel in ſecundis, quo continetur* incidens, attenuans, incraſſans, detergens, adſtringens: *vel in tertiis, quos referuntur* bechi, lenientes, expectorantes, diuretici, ſudoriferi, ſaxifragi, menagogi, pycnotici, alexiterij, corroborantes.

Ratione partium, aquas proprietate magis affectant, alij cephalici, cardiaci, &c. *quos in materiæ medicæ penu licebit inquirere: officinaliū diuiſionem proponemus iam, ſecundùm compoſitionem & facultates; ſecundùm genera ſolummodò*

conſideratas; quia reliqua ad materiam medicam ſpectant magis: vſitatiorum catalogum ſimul exhibituri, quia alii hîc in vſu ſunt, qui alibi obſoleti, & contrà, nec idem apud omnes in vſu numerus, notandum erit obiter, quibus affixus erit aſteriſcus, illos Monſpelij ex recepto more vſitatiores eſſe.

Syrupus officinalis alterans, componitur vel ex.

I. SVCCIS SOLIS, *& hic vel eſt.*

Temperatus, *de ſucco borraginis.b.* * *de bugloſſa,* * *Byzantinus Meſuæi, de fumaria ſimplex,* **oxymel ſimplex.*

Refrigerans, * *Acetoſus ſimplex ſeu oxyſacchar.* * *de agreſta, ſeu de omphacio, acetoſæ ſucco, Alexandrinus, ſeu Iulep roſatus, de acetoſitate citri, berberis, i.e. oxyacanthæ,* * *cydoniorum, cichorij ſucco, endiui ſucco,* * *granatis acidis, granatis dulcibus,* * *limonibus,* * *pomis redolentibus, ribes,* * *violarum.*

Calefaciens, *de betonica ſimplex, mina cydoniorum* moderatè, *mina cydoniorum aromatica, oxymel ſcylliticum,* moderatè, *mina cydoniorum aromatica, oxymel ſcylliticum,* moderatè.

II. INFVSIONE, *eſtque.*

Refrigerans, *de nymph. ſimpl.b.* * *papaueris rhead,* * *de roſis ſiccis.*

III. DECOCTO, *eſtque vel*

Refrigerans, * *de cichoreo compoſ.* * *de iuiubis* moderatè, *b.* * *papaueris albi, b.*

Cale

Calefaciens, *de Altheâ Fernelij, de betonicâ compoſitus, de corticibus citri, de calaminthâ,* * *hyſſopo* * *praſſio, duabus radicibus.* * *5. radicibus,* * *de ſtœchade:* * *de tuſſilagine, h.*

IV. INFVSIONE FACTA IN *SVCCIS & DECOCTIONE ſimul eſtq; vel*

Refrigerans, *oxyſacch. compoſ. de portulaca, h.*

Calefaciens, * *de abſynth.* * *mentha, oxymel comp.*

LIQVORE ALIO & DECOCTIONE eſtque vel

Temperatus * *capill. ven. liquir.* calid. moderatè.

Calefaciens, *de arthemiſiâ.*

V. DECOCTO & SVCCO. *eſtque vel*

Temperatus, *byzantinus compoſitus.*

Refrigerans, *acetoſ. comp.* moderatè, *de endiuia compoſitus,* * *myrtinus de nymph. comp.*

Calefaciens, *de eupator. de ſumar. compoſ.*

Cæterùm, vt ex his ſimul eluceſcit, quomodo ſe habeant ſyrupi alterãtes in primis qualitatibus actiuis, ita & notes obiter, ratione paſsiuarum omnes exſiccare ſimul, paucos verò quibus affixa litera h. *humectare, quàm autem ex his partes varias reſpiciant, aut humores diuerſos concoquant, ex materia medica repetendum.*

Magiſtralis eſt, qui in rem præſentem, ex paucioribus, aut pluribus ſimul, pro indicationum varietate, quibus ſatisfaciant, à Medico recen-

Digitized by Google

ter præſcribitur.

Huius diuiſio, ac differentiæ, ex illis quæ in ſyrupo officinali; tùm ſuprà in Apozemate alterante diximus, petenda.

In eo tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

COMPOSITIO. in Compoſitione quatuor conſideranda. *Materia* ex quà, ſeu *liquor: Diſſoluenda: Clarificatio:* & *Aromatizatio:*

MATERIA ex qua, conſideratur ratione *qualitatis*, & *quantitatis*.

Ratione *qualitatis* duplex eſt, Remota, ſimplicium ſcil. variæ partes dictæ in Apozemate: Propinqua triplex eſt, *Decoctum, Succus, Infuſum* aliquando, ex priore vario modo comparata, de qua agendum in præſentia.

I. *Decoctum* autem, ex quo fit ſyrupus, idem eſt, quod decoctum Apozematis alterantis, ratione eâdem, ex iiſdem, eodem modo, ac formulâ conflandum, atque præſcribendum, de quo plura hoc loco non differemus.

II. *Succus* ex foliis, fructibus, & floribus coutuſis expreſſis elicitur, iſque depuratus efficaciter, & vtiliſſimè aſſumetur, ac vberiore cum fructu, quàm decoctum, ſiue ſit roborandum, ſiue alterandum vario modo.

Triſa

Trifariam autem pro ſyrupo conficiendo venit in vſum.

1. *Vel* enim merus aſſumitur, ſiue ſolus, ſiue ex variis depromptus, idque aut ex foliis, (*borrag. bugloſſ. Iulep.* in melancholic. *acetoſ. cichor. endiu.* in bilioſis, &c. & aliis, pro varietate quorumuis indicantium,) aut ex fructibus, (vt ex *limonib.* in bilioſis, *pomorū*, in melancholicis,) eſtque calore blando, ac reſidentiâ accuratè depurandus à fæcibus, à quibus occaſio corruptionis.

2 *Vel* in eo majorem efficaciam, aut alium ſcopum, ex indicationum conſilio exultante, alia decoquuntur, & vſitate ferè, ſuccorum depuratorum ℔ iij. ℔ iv. pro quantitate ſyrupi comparandi, aſſumitur, decoquenda verò, partem, affectum, humorem reſpicientia, dimidiâ doſi Apozematis præſcribenda.

3. *Vel* commodiùs in eundum finem, ſpecifica, & efficacia idonea tantùm infunduntur, radic. ſem. flor. aromat. maximè & ferè pro ſyrupi quantitate ſucci ℔ j ß. ſiue ij præſcribuntur, infundendorum verò pro eorum efficacia, & energ. ℥ ij. ℥ iij.

III. *Infuſum* aliquando, pro materiâ liquidâ ſyrupi aſſumitur, comparandum ex idoneis, agendi vi inſignibus, aromatis ferè, (cuius ratio ex ſuperioribus, in potione

purgante, petenda.)

Ratione *quantitatis*, doſis decocti colati, ac ſucci depurati, vel infuſi, eſt ℔j. ℔ jß. ℔ ij. ad ſummum, prout vſum ſyrupi volumus eſſe breuem, diuturnum, rariorem, & frequentiorem.

DISSOLVENDA in iam dictis, ad eorum conſeruationem, addo & ſaporis gratiam, perpenduntur ratione.

Qualitatis. Diſſoluitur 1. *vel* ſaccharum, quod quidem omnibus calidis affectibus & frigidis aptius, & ægrotantibus acceptius efficitur, vel aliquando mel, in affectibus frigidis capitis, thoracis, vel vbi magis calefaciendum, incidendum, detergendum, recreandus languens calor natiuus.

2. *Vel* ſæpè etiam ſimul cum ſaccaro ſyrupus officinalis; ſed tùm minuendum ſaccharum; ſyrupus enim ſaccharum ſolutum eſt, præſcribitúrque tunc, ſacchari q. ſ.

3. Præter dulcorantium dictorum aliquod, perpetuò diſſoluendum, etiam aliquando ad maiorem energiam, diſſoluuntur in ſyrupo quidem ex decocto maximè, aliquando & in eo, qui ex infuſione, ſucci depurati folior. fructuum, ſuprà in Apozemate alterante, liquores alij, *acetum, vinum,* &c. quæ omnia ibidem vide.

Quantitatis. Saccharum diſſoluitur pari

cum liquore quantitate. Vide aduerſiones. Mel etiamnum vbi aſſumitur, ſyrupus ad ℥v. ℥vj. ſacchari verò q.ſ. ſucci ad ℥vj. plus minùs, pro decocti vel infuſi quantitate.

CLARICATIO & AROMATIZATIO. Vide ſuprà in Apozemate.

VSVS & FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

In vſu ſyrupi tùm officinalis, tùm magiſtralis tria methodicè conſiderabimus, *quomodo*, *quantum*, *quando*, præſcribi debeant, & exhiberi.

1. *Quâ modo*, ſiue *conſiſtentia*, an per ſe forma, qua conſpiciuntur, fluida, an verò Iuleporum inſtar, diluti liquore idoneo.

2. *Qua quantitate*, ſeu *doſi*.

3. *Quo tempore*. Neque plura circa rectam & legitimam eius adminiſtrationem ac præſcriptionē videntur eſſe perpendenda.

Quod ad *modum*, quandoquidem ſyrupus per ſe ſumptus, nec vllo liquore ſolutus minùs altè penetrat, nec ſubitò aut facilè, cum virium eodem ſeruato tenore, vel in partes affectas, aut humores alterandos tardiùs agat, ſyrupus verò forma Iulepi dilutus, contrà altiùs; faciliùs, ac promptiùs ſe inſinuat ad partes, & humores noxios, viſciditate nil morante; atque viribus integrioribus ad diſtantiores, &

Digitized by Google

penitiſſimos receſſus perueniat, ac penetret, quám vbi ſincerus: citiùs alteret, quæcunque tetigerit, pro partium affectarum, affectuum, cauſarum alterandarum vicinia, ac diſtantia, ac diſcrimine, hac vel illa forma præſertim erit vtendum.

Hinc ſyrupi ſinceri, per ſe præſcribuntur paſſim, ſumuntúrque,

1. Ad intercipiendas, inhibendáſque craſſando fluxiones, impetu in fauces, pulmonem, ventriculum irruentes. Lentoris enim ope diutiùs in ore cunctantes, nec præterlabentes, ſubitò humorem illapſum facilè ſiſtunt, ſúntque ex cochleari ſumendi, oréque diutiùs continendi.

2. Vbi gutturis raucedo, & lenienda tracheæ aſperitas: quod lentore ſuo oblinente commodiſſimè præſtant, ſenſim deglutiendo, vel lambendo ex cochleari inſtar eclegmatum.

3. Ad expectorationem, & materiæ in pulmonibus infarctæ, atque collectæ ἀναγάρθαστν, ſenſim ex cochleari lambendo, aut cum baculo liquiritiæ ſumendo.

4. Ad tuſſim mitigandam, ex cochleari, vel cum baculo liquiritiæ etiamnum ſenſim lambendo.

5. In ventriculi morbis, & affectibus, frigidis maximè, (calidi enim & ſicci, vt

&

& affectiones eiuſdem bilioſæ, feruidæ, humiditate volunt perfundi, niſi robur ipſius omninò diſſolutum,) licet & vſitatiùs ſoleant diſſolui liquore parciore, ſi ſyrupum de abſynthio ferè excipias,& vbi præſertim adeſt roborandi & adſtringendi conſilium.

6. In partibus etiam ventriculo vicinis, ad quas ſine vehiculo facilè peruenit.

Dilutus verò, *ſolutúſque* formâ Iulepi;

1. Affecto hepate, liene, meſenterio.

2. Laborantibus verò præſertim capite, corde,pulmone,renibus,veſicâ,vtero, habitu corporis,artubus:ad quæ ſyrupi virtus vel vix,vel tardiùs, vel admodùm refracta aliàs peruenit.

Præſcribitur autem diſſoluendus cum liquore idoneo, & appropriato, qui vel humorem,vel affectum, vel partem, vel omnia ſimul reſpiciat : vſitate verò cum aquâ ſtillaticiâ idoneâ; cum decocto appropriato, quod aquâ longè efficacius, cum iuſculo carnium pulli, eóque ſimplici,vel,ad maiorem vim & effectum, radicibus, foliis conuenientibus alteratum, vt infrà.

Quod ad *quantitatem,* conſiderari poterit tùm *continua*,tùm *diſcreta*.

Quod ad *continuam*,ſeu *doſin*, ſyrupus offi-

cinalis alterans præſcribitur ab ℥ ß. ad ℥j. ℥ j ß. ℥ ij. ad ſummum, circa quam doſin ſtrictiùs ad ſummum, quatuor maximè perpenduntur.

1. Partis affectæ, & alterandæ ſitus, atque diſtantia: vbi enim ſyrupi vis ad diſſita remotáque meare debet, doſi maiore, & ſummâ, ſi volueris, erit præſcribenda: aliàs vix fructum vllum ex operatione percipies, quòd itinere longo vires ipſius admodùm frangantur, niſi liquor, cum quo diſſo luitur, efficax.

2. Affectus ipſius, & cauſarum morbificarum actio, qualitas intenſa, vel remiſſa, illa mediam, vel ſummam doſin poſtulat, hæc minorem.

3. Ætas, infantulis enim minima ℥ ß. pueris minor ℥ j. erit pro ſummâ.

4. Syrupi ipſius efficacia, & vis agendi inſignis: hinc *ſyrupum de papauere* ab ℥ ß. ad ℥j. ſatis fuerit præſcribere, ob vim ipſius narcoticam: inſuauitas etiam minorē poſtulat, vt paſſim in *ſyrupo de abſynthio*, ad ℥ j.

5. Modus vtendi: qui enim ſenſim lambendo, ad varios aſperæ arteriæ, pulmonum effectus deglutiendus, quia maiore quantitate non poſſunt aſſumi, & illicò præterlabuntur, ſine multo effectu, ideoque ſæpiùs iterandi; in frequentem vſum,

ſæpiùs

ſæpiùs repetendum, ad ℥iiij.v.vj. præſcribuntur, ita vt non contineantur tunc ſub iſta regula tradita. Idem dicendum de iis, qui ad ſitim per morborum æſtum extinguendum: quia eorum vſus frequens, ideò & ad ℥iiij.v.vj. præſcribuntur:

Liquoris verò quantitas, pro iis diſſoluendis, ſe habet ad inſtar Iuleporum, ad ℥iij. ℥ iv. minùs tamen præſcribere poteris in ventriculo affecto, & partibus vicinis, plus verò ad ſitim moderandam, vt per febres, & in calidis, & æſtuantibus, quibuſuis morbis, æſtate maximè.

Quod ad *quantitatem diſcretam*, digeſtiui poſſunt aſſumi, manè & veſperi longè à paſtu; qui verò ad ſitim, ad tuſſim, *ἀνακάθαρσιν*, ſæpiùs & frequenter; qui ad ſomnum, ſemel hora ſomni, neque niſi vrgente neceſſitate repetendi. Cæteri rariùs, ſæpiùs, aſſumuntur, prout indicantia ferunt.

Quod ad ſumendi *Tempus*: ſyrupi præparantes, & ad humorum digeſtionem compoſiti, manè 4. vel 5. horis ante cibum, ne ipſorum vis à cibo recenter aſſumpto, vel nondum confecto, obtundatur, poſſunt & circa veſperam ſumi, vbi humorum digeſtio acceleranda, ſed longè à paſſu, ventriculo inani, qui ad tuſſim, quauis hora ipſa moleſtat; qui ad ſomnum, & ſiſten-

das fluxiones, hora ſomni: qui ad ἀναχάθαρσιν, ſiue expectoratione͂, mane:qui ad ſitim, ipſa vrgente; cæteri quiuis, quantũ fieri poterit, vacuo ventriculo exhibeantur.

Quod ad ſyrupum magiſtralem; vſus ipſius eſt etiam vel per ſe, vel diluitur cum aqua, aut liquore idoneo, iuſculo ſimplici, vel compoſito, ſumiturque vti dictum de officinali.

Hæc autem FORMVLA PRÆSCRIPTIONIS.

1. Si ex decocto. ℞. materiam Apozematis alterantis, fiat decoctio in &c. q. ſ. cape de colatura, &c. in quibus diſſolue, &c. fiat ſyrupus perfectè coctus, clarificatus, & aromatizatus cum &c. reponatur in ampulla vitrea, in loco tuto. Capiat de eo ſyrupo ℥ſ. ℥jß. ℥iij. per ſe, vel cum &c. tali hora, toties in die, &c. vide ſuprà.

2. Si ex ſucco eoque mero. ℞. ſucca de tali re contuſa, recenter expreſſi, rectè depurati, &c. in quibus diſſolue, &c. fiat ſyrupus.

3. Si ex ſucco, cui alia decoquuntur, vel infunduntur. ℞. ſucci recenter expreſſi, ac depurati, &c. in quibus decoque vel infunde, &c. cape de colatur. &c. in quibus diſſol. &c. fiat ſyrupus.

4. Si ex infuſo. ℞. &c. infundantur, in

talis

talis liquoris q.ſ. cape de colatura leui expreſſione adhibita, &c.diſſolue.

VTILITAS Syrupi iam in genere ſatis ſuprà declarata, ſiue officinalis exiſtat, ſiue magiſtralis, vniuerſim enim inſtitutus ad conſeruandas varias vires ſtirpium, quibus decocta ex iis parata, ſucci expreſſi, infuſiones fuerint impręgnatæ, quò ad manus eſſe poſſint, vrgente neceſſitate, integræ,& efficaces, ad varios vſus.

Officinalis etiam in ſpecie inſeruit, variis medicamentorum formis effingendis,conſtituendiſque; ſic & Apozemata ingreditur, & Iulepos,ac potiones, ad dulcorem, gratiam,& vires etiamnum, ſic & ad opiatas,pilulas,condita, eclegmata, trochiſcos aſſumitur, ad formam, conſiſtentiam, & vnionem compoſiti medicamenti, atque eiuſdem conſeruationem.

Magiſtralis verò vt olim,ſic & hodiè, & nuper in vſu maximè fuit, ad præparationem humorum, & corporis, pro καθάρσει felici neceſſariam, de qua vide alterans Apozema:ad alterandum vario modo tùm corpus,tùm eiuſdem partes varias, ipſarum intemperies varias emendando, tùm humores vario modo peccantes:vide ibidem alterans Apozema.

In ſumma, ad omnes, internos affectus

ad cauſas eorum procreatrices, ad partes ab ipſis vario modo afflictas alterandas, & roborandas, idonea & ſpecifica quæuis medicamenta, ab indicantibus ſuggeſta, in ſyrupi formam reduci poſſunt: ita vt ipſius vtilitas quàm latiſſimè ſe extendat, ad quoſuis demùm affectus ad hydropem, luem, &c. præſcribi autem maximè poteſt, diutius alterandum, vel vires fouendæ perenniter: (cùm aliàs iſte labor cum noua Apozematis, Iulepi, potionis præſcriptione, ſæpiùs eſſet recenter cum moleſtia repetendus.) Hinc in morbis & affectibus longis, chronicis intemperiebus partium, quæ iam altè radices egere, ita vt continuò ſit alterandum, vtiliſſimus. Tamen, quia vſualis ferè proſtat in eum finem, niſi putaueris vel minùs efficacem eſſe in eo vim, vel exoletã, vel nõ conſtet ex iis, quæ ſpecificæ indicationes poſtulãt, vel ſperes poſſe haberi efficaciorẽ, rariùs præſcribendus.

Syrupus Purgans.

Syrupi purgantis definitio, ac diuiſio, pro humorũ varietate, etiam ex Apozemate repetenda.

Eſt autem ſyrupus purgans duplex in præſentiã: Officinalis, & Magiſtralis.

Officinalis diuiditur hîc maximè, ratione tùm compoſitionis, tùm virium præcipuarũm, vt patet ex hâc tabulâ.

Syrupus

Syrupus officinalis purgans cõponitur vel ex
- *decocto,* facto in
  - *Succo,*& purgat melancholiã, vt *ſyrupus de fumaria comp.* *
  - *aqua,* & purgat
    - Melãcholiã *de epithymo.*
    - bilẽ* *de cichor. cõp.*
    - mixtos humores *diaſereos.*
- *infuſione* in
  - *Succo,* & purgat
    - melancholiam *de pomis regis ſabor,* V.G.
  - *aqua* & purgat.
    - bilẽ,
      - *roſar. ſol.* *
      - *violatus ex nouem infuſionib. de flor. perſicor.*
    - pituitam,
      - *mel roſat. colat.*

Digitized by Google

Magiſtralis definitio, ac diuiſio, ex ſuperioribus ſatis manifeſta.

In hoc tria conſideranda. *Compoſitio, Vſus, Vtilitas.*

In COMPOSITIONE quatuor.
1. *Materia*, ex qua fiat catharticus.
2. *Diſſoluenda.*
3. *Clarificatio*, 4. *& aromatizatio.*

MATERIA ex qua *remotior*, ratione *qualitatis*, ſunt cathartica ſimplicia, cum ſuis correctiuis, eáque vel decocta, vel infuſa: vnde *propinqua* materia duplex ſtatui poteſt, *decoctum purgans*: *Infuſum purgans.*

Decoctum purgans, nihil aliud eſt, quam decoctum: cathartici Apozematis, ex iiſdem túm alterantibus, túm purgantibus, pro ſcopo diuerſis, eodem modo, & ordine præſcribendis, adhibitis conditionibus ibidem recenſitis.

Hoc aduertendum ſolummodò, circa doſin catharticorum decoquendorum, Monſpelienſes pro ſyrupo purgantia Apozematis ferè duplicare, ſat fuerit apud vos quantitatem illam ſimplicium aſſumerè, vel me ſuadente, etiam duplicem; perinde namque eſt, ſi vel etiam ttiplicem: ſic enim minore doſi erit exhibendum, & minore cum faſtidio ægrotantium modò doſin ex arte & legitimè, & accuratè definias, non dubitanter,

tanter, vt paſſim: vide vſum.

Notandum, vbi ſucci idonei ſuppetunt, efficaciter etiam in eorum ℥ iv. v. vj. decoqui iſta cathartica, cum ſuis correctiuis.

Infuſum purgans, quomodo ſit parandum, ex iis, quæ ſuprà diximus in potione purgante, facile erit colligere, quomodo autem decocto ſit præferendum, vide in Aduerſionibus.

DISSOLVENDA in decocto, vel infuſo, conſiderantur ratione *qualitatis*, & *quãtitatis*.

Ratione *qualitatis*, diſſoluitur.

In decocto quidem, *vel* ſaccharum, *vel* mel aliquando; vide alterans Apozema: *vel* vnà cum ſaccharo, ſyrupus aliquis officinalis, iſque aut alterans, aut catharticus.

Præter illa dulcorantia, perpetuò ad conſeruationem diſſoluenda, etiam aliquando, in finem ſuprà dictum, diſſoluuntur.

1. Succus idoneus, iſque vel alterans, folior. fructuum, pro indicatione; vide Apozema: vel purgans, vt *roſar. ſuccus*, veris tempore maximè, pro bile, *fumar. lupul.* pro melancholia.

2. *Infuſio roſar. pallidarum completa*, veris tempore maximè; quo ſuppetit, & efficax eſt.

3. Aliquando *infuſio* ipſius *Rhabarbari*

ſi ferat indicatio, ſeorſim facta, ad finem tantùm addenda: aliàs ſi initio, antequam ſyrupus perueniat ad conſiſtentiam, vis ipſius exhalat, coctione diutinâ.

In infuſo verò, eadem, ſi ſuccos iam dictos excipias, quos præſtabit pro infuſione facienda, ſtatim præſcribere ab initio.

Ratione *quantitatis*, ſaccharum, mel æquali cum colaturâ quantitate, quæ ad ℔ j. ℔ j ß. ſæpiùs præſcribenda. Hoc aduertendum ſolummodò, ſacchari vel mellis quantitatem exactè eſſe definiendam, contrà quàm vulgò Medici malè faciunt, neque relinquendam arbitrio pharmacopœi: aliàs de doſi certò nunquam poteris decernere, quæ alia, vbi parùm ſacchari, alia verò, vbi multum. Hinc titubant paſsim practici, vbi doſis præſcripti à ſe cathartici definienda, & iubent à minore ſemper quantitate eſſe inchoandum, vt experiaris ſine errore.

Si ſyrupus admittitur, id ferè ad ℥ v. ℥ vj. viij. & quia hic pro ſaccharo habetur, ſubtractione ad huius quantitatem factâ, facilè erit tunc doſin ſacchari definire. Perinde autem eſt, ſiue alterans, aut purgans exiſtat, modò huius rationem, pro doſi inueniendа habeas in ſupputatione.

Succi ad ℥ vj. viij. ſi cathartici memineris, in doſi conſtituenda.

CLARI

CLARIFICATIO & AROMATIZATIO. Vide in Apozemate.

VSVS & FORMVLA PRÆSCRIBENDI. In vſu ſyrupi purgantis, tùm officinalis, tùm magiſtralis, etiam tria breuiter conſiderabuntur, *quomodo* præſcribi, & exhiberi debeat, *quâ doſi, quo tempore.*

Officinalis quod ad *modum* vel per ſe ex cochleari, vel dilutus præſcribitur: illud rarius, omnis enim ferè diſſoluitur, idque liquore idoneo, vt ſuprà dictum.

Quod ad *doſin*, in vniuerſum hæc conſtituitur; ab ℥j. nempè, pro minimâ ad ℥ij. ℥iij. ℥iv. quæ ſumma, quam tamen in *ſyrupo de fumariâ, & de epithymo*, ℥v. vj. poteris extendere, conſultis interim circumſtantiis illis, quæ in Apozemate purgante doſin catharticorum legitimè limitare.

Tempus autem exhibendi idem, quod aliorum purgantium, matutinum, ventriculo inani, ne vis ipſorum obtundatur, cibo vel chylo præſente, vel tardetur eorundem operatio.

Magiſtralis quod ad *modum* vſurpatur etiam vel, per ſe, vel ex cochleari, vel, quod vſitatiùs, cum liquore idoneo ſolutus, vide ſuprà.

Quod ad *quantitatem*, eamque *continuam*, doſin ipſius vulgò ab ℥ ij. ad ℥ iij. malè de-

finiunt: catharticorum quidem quantitatem inſpiciunt,ſed per tranſennam, neſcij forſan interim, quo pondere ſaccharum Pharmacopœus addiderit; hinc & circa doſin incerti. Ego in genere ſtatuo, iſtam eſſe poſſe,℥ß. ℥j. ℥jß.ij.iij. v.vj. prout catharticis copioſis vel validis, liquor, cum quo ſaccharum in ſyrupi conſiſtentiam coquitur, fuerit impregnatus. Sic autem ſe res habet. Purgantium decoctorum, infuſorum, diſſolutorum, doſes numerandæ, & notandum, quot vicibus ſint purgando iſta omnia cathartica ſimul: V. G. ſuffecerint pro octo vicibus. Iam verò liquores iſtorum catharticorum vi imbuti ℔ j. addas ſacchari puri ℔ j. decoquas in ſyrupum: ſi illas ℥xij. in viij. partes diuiſeris, (nam ſunt viij. doſes purgatrices, habebis pro doſi ℥jß. addideris tantùm, ſacchar.℥.viij.pro ſyrupo conficiendo, habebis pro doſi ℥j. &c.

Quod ad *diſcretam*, ſemel vel bis in menſe vſitatè exhibetur, in morbis chronicis vt ſic ſēſim illuuies, quæ cumulari ſolet, euacuetur, neque aggeri in molē morbificā poſſit.

Tempus verò ſumendi matutinū, vt ſuprà.

VTILITAS in morbis chronicis maxima eſt, in quibus præcautio perennis, euacuatio ſenſim per ἐπίκρασιν facta neceſſaria,

ne

ne aliàs in intemperatis illis corporibus,& cachecticis viſceribus, humores excrementitij congerantur parituri varios affectus,quibus hâc ratione obuiam itur,& reſcinditur occaſio futurorum affectuum.

ANIMADVERSIONES de Syrupo.

Circa SACCHARI *QVANTITATEM paßim controuertunt admodùm, & vix vllum præceptum reperias firmum,ac rei naturæ conſentaneum: Meſuæus ipſe artis parens varius, Aliàs enim in ſyrupis frigidis ex ſuccis maximè, pro liquoris* ℔j.*ſacchari præſcribit* ℥viij.*vt in* ſyrupo de agreſta,*vt ſaccharum tertiâ parte liquor ſuperet:aliàs liquor duplus ad ſaccharum, in* ſyrupo de pomis Sabor:*aliàs triplus*, ſyr.acidus ex prunis, *quadruplus*,acidus de pomis, *& quod mirum vulgò ſextuplus*, acidus ex cydoniis: *aliàs etiam ſaccharum liquorem ſuperat, duplâ ferè parte: vt liquoris ſint* ℥ vj *pro ſacch.* ℔j *aliàs liquoris* ℥ ix.*ſacchari* xij. *aliàs liquoris & ſacchari ana partes æquales præſcribit. In calidis autem ſyrupis, Meſuæus ſæpiùs ſacchari & liquoris ana partes æquales,paulò minùs,paulò plùs, præſcribit.*

Recentiores rixantur valdè inter ſe. Modò enim liquoris & ſacchari ana conſtituunt, pro regulâ

ſyruporum, modò verò ſacchari vel liquoris plùs, quantitate diuerſa præſcribunt, præcipui pharmaciæ authores, Syluius, Fernel, Ioubert. Rondelet.

In ſyrupis enim ex ſuccis, in genere liquor ſaccharum ſuperat: in ſpecie verò pro liquoris ℔ j. *aliàs ponuntur ſacchari* ℥ vij. ℥ vij. ß. viij. ℥ viij. ß. ix. *aliàs eorundem ana.*

In ſyrupis ex infuſione, paſſim infuſi & ſacchari ana. in ſyrupis verò ex decoctione, eorum paßim ana, vel etiam vſitatißimè, vt ſemper liquor vna parte ſaccharum ſuperet.

Mihi verò negotium habere videtur ſe indifferenter. Syrupi natura accurtiùs ſolummodò perpendenda. In quo duo maximè conſideranda: ſaccharum, (aliquando & mel,) quod in ſyrupo ſe habet tantummodò vt ſubiectum, eſſentiam ſimplicium ad vires conſeruãdas excipiens. 2. vis illa, ſeu eſſentia in ſucco, infuſo, & decocto deliteſcẽs, à quâ ſyrupi vis & ἐνέργεια, vt à ſaccharo eſſentiæ in ſyrupo conſeruatio, ab vtroque ſyrupus, ex eorum vnione reſultans, aquoſitatis euaporatione.

Iam verò norunt omnes ſacchari ℔ j. V. G. *quacunque humoris copiâ* ℔ j. ij. iij. *pluribus, (vt Ioubertus pro ſuo iulepo* in ſyrupo de agreſtâ,) *diſſolueris, in illam conſiſtentiam ſyrupi coctione facilè eſſe abituram. Illud etiam conſpicuũ, & apud eos qui extractorum rationem nôrunt expertum, menſtruum vt vocant Spagirici, ſeu liquorem, per quem eſſentia diffuſa, aut in quo*

fuit

fuit elicita; (cuique reſpondent ſucci,) ſiue ſint ipſius ℔ ij.iij.*ſiue* vj.viij.&c.*balneo Mariæ,vel cinere calido, euocari poſſe totum, eſſentiâ paulatim craſſeſcente in conſiſtentiam,quam volueris, ſyrupi putà,vel ſolidiorem. Quæ cùm ita ſe habeant,de vtriuſque proportione fruſtra tàm anxiè diſceptant: quandoquidem ex quacunque ſyrupi forma facilè reſultet. Namque ſi ſyrupum componentia, ſaccharum nempe liquore ſolutum, ſucci, infuſa, decocta, quæcumque demùm eorum fuerit quantitas, coctione & euaporatione partium aquearum in illam ſyrupi vulgarem conſiſtentiam ſola & ſeorſim deduci poſſunt, quidni hæc ſimul iuncta ſub quauis demùm quantitate? Si Iouberto & Syluio* ℔ j. *ſacchari cum liquoris tribus in ſyrupum rectè decoquitur, quidni & cum liquoris medicati, ſucci, infuſi, decocti tantundem, illud idem fieri poterit? & contrà, ſi ſacchari* ℔ iij. *cum* ℔ j. *liquoris, vt Rondel in* ſyrupo de limonibus, *quidni & illud idem fieri poterit? Ita vt in ſaccharo pro ſyrupo definiendo, non tàm liquoris quantitas ſit æſtimanda, quàm ipſius vis, & Medici propoſitum ac intentio: virtutis enim ſeu eſſentiæ,*V.G.℥ iij. ℥ iv.*quas ſimplicium decoctorum vel infuſorum* ℔ j. *profuderit, ſi in decocti,vel infuſi colati* ℔ iv. v.g. *diffundantur, & iſtius liquoris & ſacchari ana* ℔ j. *præſcripſeris, vt vulgò pro ſyrupo, ſyrupum quidem conficiet; ſed virtutis exiguæ, & in cu-*

ius

ius ℔ j. *ſit tantùm eſſentiæ* ʒ j. *ad ſummum , &* *in* ℥ j. *tantùm* g̃. v. *ſin verò iſta* ℥ ß. *eſſentiæ per liqueris* ℔ ij. *tantùm diffundatur, & ex huius & ſacchari* ℔ j. *ſyrupum præſcribas conficies etiamnum ; ſed efficacem , & in quo ſint eſſentiæ* ʒ. ij. *& in quaque vnciâ* ℈ ß. *ſi liqueris iſtas* ℔ ij. *in quibus latent* ʒ. iv. *iſtius eſſentiæ, cùm ſacchari* ℔ j. *diſſolueris , habebis efficaciſſimum , in quo nempe ſint eſſentiæ* ʒ. iij. ℥ ß. *in quâuis vnciâ* ℈j. *& efficaciorem adhuc, ſi pro liqueris iſtius* ℔ ij. *ſacchari tantùm* ℔ ß. *in hoc enim etiam erunt eſſentiæ* ʒ iij. ℥ ß. *ſed in quâlibet vnciâ erunt ipſius* ʒ ß. ℈ ij.

Ergò non tàm inſpicienda liquoris quantitas maior minorve , quàm virtutis , ſeu eſſentiæ in ipſum traiectæ, aut in eo deliteſcentis moles, quæ à pauca materiæ quantitate , quocunque demùm humoris pondere decoxeris , infuderiſve ℔ j. ℔ ij. ℔ iv. &c. *Hoc aduertendum ſedulò , quò certior de ſyrupi viribus & efficacia eſſe poſſis, & pro ſcopo debiliores efficacioréſve præſcribere, ſemper vim & quantitatem ipſius facultatis conſiderandam potiùs , quàm ipſum liquorem. Sequere rationem iam dictam , vel viam communem , qua ferè liquoris & ſacchari ana partes æquales præſcribuntur.*

CAP.

Cap. V.

DE VOMITORIIS.

HVMORES excrementitij, ſiue naturales copioſi, ſiue p.n. quacunque demùm quantitate, cùm ſanguine in venis permixti, aut extra venas vbicunque ſtabulantes, cacochymiæ ideam conſtituunt, & euacuationem, quò maximè vergunt, per conferentia loca poſtulant, & volunt euacuari, ſiue purgationem particularem ſpectes, ſiue vniuerſalem, vrinâ, ſudore, tranſpiratione inſenſili, aluo, vomitu, celebrandam.

Licet autem medicamenta, quæ id præſtant, in genere purgantia dici poſſint, in ſpecie tamen talia cenſentur, quæ per aluũ, & vomitum excrementa corporis educunt, & quæ per inferiora, âbſolulè adhuc generis nomine, per excellentiam, cathartica dicta, & eorum operatio, purgatio: quæ per ſuperiora verò mouēt, vomitoria.

Eſt autem Vomitorium non tàm forma medicamenti liquida, quàm facultatis vocabulum, ab ipsâ operatione nomen habens, vtrũque tamen vſitatè ſignificat, medicamentũ nempè motũ illum, ſeu excre-

tionem per ſuperiora concitans, & formam ipſam, qua præſcribitur, de qua hic agere propoſitum.

VOMITORIVM itaque eſt remedij forma liquida, ex medicamento emetico ſimplici, decocto, vel infuſo, aut diſſoluto, comparata: noxia quæque ventriculi, redundantiam cibi, humores excremẽtitios aliarum etiam partium vicinarum, vi & impetu per os euacuans, deriuans, atque reuellens.

Ab effectu hinc triplex ſtatui poteſt: Vacuatorium, Reuulſorium, & Deriuatorium.

A modo verò operandi, aliud leuius exiſtit, cathartico emollienti, malactico, & eccoprotico analogum, quantitate ferè ſuâ operans; aliud mediocre, qualitate magis, aliud validum, catharticis propriè dictis reſpondens, vi ſpecifica, & interna, motum iſtum per ſuperiora concitans.

Eſt etiam Vomitorium aliud ſimplex, aliud magis compoſitum.

SIMPLICIVS conſtat ex aqua ſimplici tepida, affatim ad cyathum, ſeu poculum vnum hauſta, aqua hordei tepida copioſè, & confertim bibita, iuſculo carnium pingui, vbertim etiam ſorpto, hydromellite largiter ſumpto, quod etiam Galenus imperauit, potu quuuis copioſo, ſubito & confeſto, hydrelæo ad ℥ viij. x. oleo communi, ad ℥ iv. vj. tepidè, butyro liquato calidè.

Quibus & aliis ſimilibus vomitoriis leuiſſimis

uiſſimis,impropriè admodùm talibus, vtimur maximè vbi, quæ hæc viâ ſunt excernenda,ſiue aſſumpta, ſiue diuerſa impuritatum,& vitioſorum humorum genera, in ventriculo continẽtur; ſuntque ita in procinctu ad excretionem apparata, vt vel minimâ datâ occaſione facilè ſine negotio,vel perturbatione poſſint extrudi,ſiue natura id moliminis non aggrediatur, ſiue ſponte quidem inſurgat ad ipſa excutienda, ſed vel minùs celeriter,vel minùs ſufficiẽter,tũc leuioribus hiſce excretrici, ſi quieſcat,occaſionem motus, & veluti principium damus; aut ſi imperfectiùs moueat, conatum ipſius faciliorem reddimus,quod etiam ſæpiùs, nullo exhibito vomitorio, procuramus digito in gulam altiùs immiſſo,pennâ oleo intinctâ,& gulæ immiſſâ.Sed hæc,quæ quantitate tantùm ſua, & humiditate tepida, aut pinguedine excretricem mouent,minùs proficua,vbi excernenda per vomitum,vel non ſunt in ventriculo, ſed in vicinis, aut remotioribus etiam partibus concepta,vel ſi ſint in ipſo, altiùs tunicis ipſius impacta hærent,vel minùs præparata, non niſi maiore labore & conatu eliminari poſſunt;tunc enim vtiliùs venitur ad Compoſita.

In *COMPOSITO* vomitorio duo

perpendenda:

1. *Materia*, ex qua.

2 *Diſſoluenda.*

MATERIA vomitorij compoſiti duplex, *liquida*, & *ſolida*, ſeu *coacta.*

Materia liquida (ſeu *liquor*,) qua vomitorium definiuimus quæque ferè tantùm vſitata, eſt vel *vomitoria*, vel *non vomitoria.*

Liquor emeticus, eſt vel *decoctum*, vel *infuſum*, vel aliquando *aqua* vel *liquor deſtillatus.*

Quod ad DECOCTVM VOMITORIVM, in eo duo conſiderantur:

1. *Materia*, ex qua fiat emeticum.

2. *Liquor*, in quo iſta decoquatur.

In vtroque *qualitas*, & *quantitas.*

Materia ex quâ, ſeu decoctum ingrediens, ratione *qualitatis*, ſunt vomitorium ſimplicium, eorumque mediocrium, (valida enim rariùs ad decoctum aſſumuntur,) variæ partes: radic. cortic. fol. aliquando, ſemin. flor. quorum 2. 3. ſimul 4. præſcribēda.

Ratione verò *quantitatis*, vomitoria iſta mediocria potionum pondere ferè præſcribuntur, vt ſummatim ad ℥j. ℥ij. ℥iij. ad ſummum ingrediantur, & priuatim, ſi iam dicenda aliis addantur, vnum, duo, vel vſurpentur ſola, hac doſi ferè præſcribas.

Radix aſari, ad ʒj. ʒij. ʒiij.

Cortex median. iugland. ad ʒj. vel ʒij.

Radix

Radix pepon. ſicc. ad ʒij. ℥ß.

Flor. geniſt. ʒij. ʒiij. vel pugillos totidem.

Pro *liquore*, quo iſta decoquantur, ratione *qualitatis*, aſſumes commodiſſimè *aquam ſimplicem*, vel vbi ſimul humores vitioſi à ventriculo detergendi, *aquam hordei* vtiliter, ſiue decoctum, (maximè vbi ſicci, acres, calidi,) hydromel, (vbi craſſi, lenti, frigidi attenuandi, incidendi, detergendi,) *oxymel aquoſum*, in vtroque caſu, *iuſculum pingue & leniens*, vbi temperanda acrimonia, ſiue humorum, ſiue aſſumptorum venenorum, ſiue etiam vomitoriorum acrium, *hydrelæum*: quæ ideò maximè conuenient, quòd etiam vulgò recenſentur inter vomitoria benigna.

Ratione *quantitatis*, relinquitur Pharmacopœi arbitrio, tamen ex ſuprà dictis in apozemate & potione, poteris definire, modò obſerues; quandoquidem pro vomitorio liquoris debentur ℥viij. ferè, etiam dupla quantitate vomitoria illa mediocria eſſe præſcribenda.

INFVSVM VOMITIVVM, ratione *qualitatis*, infundendorum, paratur maximè ex vomitoriis illis validioribus, quæ rectiùs ſola infunduntur, quàm dentur in ſubſtantia, vel etiam decoquãtur. Illa duo maximè

agendi vehementia nobiliſſima, *Helleborus albus*, maioribus, *Antimonium*, neotericis celeberrimum. Et licet ad illud negotium aſſumi ritè poſſint mediocria, *aſarum, raphanus, radix peponis ſicca*, *cortex medianus iuglandis*: tamen, quia ab ipſis vel in ſubſtantia datis, aut decoctis nullum diſcrimen ferè, ideò tantùm decoquenda præſcribuntur. His verò validioribus infuſio omninò benè conuenit, vi ſpirituali tantùm communicata, nulla verò ſubſtantiæ portione relicta, quæ purgationem diuturniorem faciat, aut excretricem diutiùs laceſſat.

Igitur duo maximè inſeruiunt comparando infuſo, *Helleborus albus*, olim longè nobiliſſimus, non ſolùm in contumacibus affectibus & deſperatis, ſed & leuioribus, hodiè vix dum in illis, & non niſi prudente cautela vſurpandus, qua duce ad ʒ ß. ʒ j. ʒ j ß. ad ſummum poteris in iuſculo maximè infundere, additis cardiacis ad ℈ j.

Huius veluti ſuccedaneum, pomum excauatum *radice Hellebori albi* repletum, coctum, illa exempta comeſtum, vt & *radix raphani* eadem transfixa, cocta, eſta.

In Hellebori locum, (quod & hodiè paſſim vſurpatur) rectiùs *antimonium* admittas, illo exulante. Neque horrorem incutiat, quòd hactenus ab inexpertis fuerit reiectum

ctum, cùm illo longè tutiùs, ſine vllo omninò ſuffocationis, conuulſionis, aut ſymptomatum ingentium periculo, ſuā operationē producat. In illum finem alij ipſum crudum vſurpant, alij vitrum eiuſdem varium infundunt, alij regulum. Præſtabit in iſtum finem, iſtam Antimonij præparationem eligere, quam vocant *crocum metallorum*; quandoquidem ſic paratum, ſulphur quoddam fœtidum exuit, quòd aliàs ſæpiùs cauſa grauiorum ſymptomatum.

In iſtum finem. ℞. *Antimon. ſic præparat.* ℈ j. ʒ ß. infunde in vini albi ℥ iij. ℥ iv. ſupra cineres calidos, traiiciatur liquor per chartam emporeticam; Detur. Ex eodem fit aqua illa vulgò benedicta, *Speyvvaſſer*. Loco croci dicti *vitrum quoduis* infundere poteris ad ℈ j. in liquore idoneo.

Quod ad *quantitatem* infundendorum, iam expreſſa pro his validioribus definita fuit. Si alia medio[illegible] volueritis vſurpare, præſcribi poterunt.

Radix aſar. à ʒ j. ß. ad ʒ iij. ℥ ß.
Rad. pepon. ſicc. à ʒ j. ad ʒ iij.
Semen vrtic. à ʒ j. ad ℥ ß.
Cortex iugland. ad ʒ iij. ℥ ß.

Sed iam dictio antimonio præſtabit vti.

Quod ad *LIQVOREM DESTILLATVM*, rariùs à Medico præſcribitur, ſi excipias à vulgo

vulgo in vſum medicum trãſlatum *acetum deſtillatum*, operandi effectu violentiſſimum cautè vſurpandum, & in robuſtiſſimis. Præſcribitur autem bifariam: vel enim ſolùm ex Alembico plumbeo, liquor ipſius deſtillatur, vel vt Monſpelij mulierculis vſitatum, panis albus, è furno recenter extractus cõſcinditur: in ℔ ij. iij. aceti infunditur fit deſtillatio, & liquoris vſus, vt & ſuperioris, ℥ iij. ℥ iv. in febribus maximè intermittentibus, diuturnis, ante & in ipſo paroxyſmo, exhibentur. *Hactenus de liquore vomitino.*

Liquor non vomitiuus etiam paſſim aſſumitur, ſine vllius vomitorij facta in ipſo decoctione, vel infuſione, in quo poſteà vel iuuantia vomitum, atq; præparantia tantùm pro leuiore vomitorio, vel puluis emetici alicuius ſimplicis, ſtatim, Iulepi inſtar, diſſoluuntur.

Qualis autem ſit, vide ſuprà in qualitate liquoris, pro decocto vomitorio.

Ratione verò *quantitatis*, ad ℥ viij. x. rectè præſcribitur.

Hactenus de materia vomitoriorum liquida ex qua, vt diximus, hodiè vſitate tantùm ipſa formantur, quæque ideò vomitorium ſuprà definimus, vt quæ eſſet forma exhibendi magis recepta. Poſſunt quidem &

forma

forma non fluida exhiberi, pulueris nempe, vel boli,emetico aliquo puluerifato, cum conſerua incorporato,(ſic certè ſæpiùs recentiores *Antimonij vitrum ,crocum metallorum, Mercurium vitæ* vſurpant) quod idem fieri poterit cum aliis vomitoriis, quæ agunt majore quantitate,vt *aſaro, radice pepon.*&c.ſi hellebor.album excipias,à quo in ſubſtantia exhibendo ſuſtinendum, infuſione vis ipſius cathartica elicienda. Forma liquida videtur commodior: quod humiditate ventriculus perfundatur,laxetur,minori vi excernenda iſto motu excutiantur,& facilius,quòd ſimul omnia diluantur,nec ita adhærere poſſint,quod aliàs ſæpiùs fit.Item, quòd ventriculus repleatur,& ſic faciliùs excernat.Aliàs enim inanior toto fundo ad os ſuperum adduci debet, & inuerti, ad eorum excuſſionem. Quicquid ſit, ſi formam iſtam ſolidiorem volueritis vſurpare,id facietis puluere ſequente ſumpto; vel per ſe ex cochleari, cum pauco liquore,vel mixto cum conſeruæ idoneæ ʒij. ʒiij. forma boli.Sic autem præſcribentur hactenus quidem vſitata.

Radix aſari à ʒ j.ad ℈ iv.
Radix pepon.ſicc.à ℈ij.ad ʒj.
Semen vrtic.à ʒß.ad ℥j.
Semen raphan. à ʒ iij. ad ℥ ß.

Cortex iugland. ad ʒ j.

Sin autem recentioribus vſitata,ex mineralibus vomitoria aſſumas.

Antimonÿ vitrum ad g̃. vj. viij. x. præſcribes pro robuſtis.

Crocum metallorum ad g̃. vj. viij.

Sal. vitriol. ad ℈ j. ʒ ß.

Vitriolum Roman. vel *album præparatum*, à ℈ ß. ad ℈ j.

DISSOLVENDA vel nulla vſurpantur, vbi propoſitum agere admodùm leuiſſimè, & occaſionem tantùm motus excretrici dare,vt ſuprà : item vbi liquor ſat vomitorius fuerit,ſed maximè, ſi excernenda ad euacuationem illam per ſuperiora ſint præparata , ſin contrà res ſe habeat , alia diſſoluuntur in liquore iam dicto,quæ ſtatui poſſunt duplicia , *vomitoria* , & *non vomitoria.*

Non vomitoria in decocto vomitiuo ſæpiùs, & vſitatiùs vſurpanda, vt & in liquore non vomitiuo, ratione *qualitatis* , triplicem finem maximè reſpiciunt ; excretricis impulſionem,excernendi humoris præparationem, & correctionem ſymptomatum, quæ ab eo,aut vomitorio euenire poſſent.

Alia enim oleaginoſa,pinguia,quæ ventriculum ſubuertendo , excretrici licet irritatæ,difficulter tamen agenti,occaſionem

dant

dant,ideò ferè tantùm in leuibus vomitoriis,vbi ventriculus facilè eſt vomiturus, aliàs minùs proſunt, vtilia etiam ad humorum, vel aſſumptorum, & venenorum acrimoniam compeſcendam, talia ſunt *oleum commune*,oleum *ſem.lini,butyrum.*

Alia vſurpantur ad frangendam vim ſuccorum bilioſorum, mordacium, vt *acetum,oxymel ſimplex,ſyrupus acetoſus.*

Alia(qui etiam præcipuus diſſoluendorum ſcopus.)humoris excernendi præparationem reſpiciunt;ſúntque *vel* detergentia, vbi humores vitioſi eluendi à ventriculo, vel quando lenti, viſcidi, pertinaciter adhærentes, qualis paſſim pituita,talia ſunt, *oxymel ſimplex, oxymel ſcylliticum, ſaccharum, mel:vel* incidentia, & attenuantia humores craſſos, *oxymel ſimplex, ſyrupus acetoſus.* Notate obiter, malè quoſdam *oxymel* & *ſyrupum acetoſum* recenſere inter vomitoria,contra experientiam, cùm acetum, (odoratum ſiue ſumptum,)à quo præcipua ipſorum vis,adſtringere videamus, ſanguinis eruptiones ab iſto ſiſti,alui fluxus, vomitus,ita vt forſan ipſorum ſit vſus ad humores præparandos,quò faciliùs ſine labore poſſint excerni.

Ratione *quantitatis*, ab ℥j.ß.℥j. præſcribuntur. Cæterùm iſta in vomitorio ex in-

fuſione, vel liquore alio deſtillato non diſſoluuntur, cùm antè illorum exhibitionē præparatio ferè præcedere ſoleat, tùm etiā quòd, liquor ille aceti iſte ſcopo ſatis faciat: tamen neque errabis, ſi diſſoluas.

Vomitoria verò vſurpanda (vbi liquor nullo modo eſt vomitorius) ſunt aliquot ex ſuprà dictis, doſi etiam ibidem relatâ.

VSVS. In eo tria conſideranda, *quomodo, quantum, quando.*

Quod ad *modum*, vt vomitoria vſitatè & commodiùs liquida vſurpantur, ſic & tepidè ſumi debent. Nauſeam enim ſic faciliùs concitant, & excretricem ad expulſionem moleſtant. Quod ſi formâ boli exhibeantur, ſumenda erunt, vt & ipſi ſolent. Sed commodum erit, poſt dimidiam horam, vel integram elapſam liquorem tepidum exibere, ad ejectionem faciliorem.

Quod ad *quantitatem*, ſeu *doſin*: ſimplex vomitorium ad ℔j. ritè ſumi poteſt ab adultis & grandioribus; ſic enim ventriculi excretrix grauatur magis.

Compoſitum ex decocto, idque mediocre ad ℥viij. x. doſis infuſi (liquoris etiam vomitiui) & vbi dantur in ſubſtantia, ſuprà expreſſa: quantitas etiam liquoris non vomitorij. ad ℥viij. ℥x.

Quod ad *horam exhibendi*, in morbis chroni

ronicis manè,ieiuno vētriculo purgan-
um aliorum inſtar,ritē poterunt aſſumi,
aximè,ſi humores nauſeam facientes ſint
enuiores:ſic enim facilis ſequitur vomi-
io: vbi contrà lenti, craſſi, viſcidi, poſt
ibum ſumptum erit expeditius, & cum
ninore labore;in morbis periodicis, fe-
ribus intermittentibus maximè, hora
paroxyſmi: quandoquidem & naturam vi-
deamus paſſim tunc temporis, hac via
euacuationem moliri:quauis autē hora ſu-
mūtur,noxia quauis,re(vt veneno)aſsūptâ.
Hæc autem erit FORMVLA PRÆ-
SCRIBENDI.

1.Si ex decocto.R. &c. fiat decoctio in &c.q.ſ. cape de colatura, &c.fiat vomitoriū, quod ſumat tepidè,tali horâ,& ſi paulò pòſt non rejecerit,vomat digito in fauces immiſſo: ſi quædam volueris diſſoluere,addes, cape de colatura, &c. in quibus diſſolue, &c.

2.Si ex infuſo. R. &c.fiat infuſio in &c. colentur omnia, & filtrentur per chartam emporeticam; (quandoquidem enim ex validioribus conſtat ferè infuſum:ſi ſola colatura eſſes contentus, metus eſſet, ne quid craſſioris ſubſtātiæ vnà effunderetur, quæ poſteà ventriculi tunicis diutiùs adhærens, ad vomitum diuturniorem,

& moleſtum ipſum concitaret,)fiat vomitorium ,&c.

3.Si ex liquore deſtillato.R. Liquoris talis,&c.ſumat, & paulò pòſt vomat.

4.Si ex liquore non vomitorio R.&c. in quibus diſſolue, &c.fiat vomitorium.

5. Si forma ſolidiore, & *pulueris* quidem R.&c.ſumat ex cochleari,cum liquore idoneo: *boli* verò, R.puluer.&c. miſce cum conſerua tali, fiat bolus, quem ſumat, & paulò pòſt vomat.

VTILITAS. Vomitus, ſiue vomitoria olim apud antiquos, tùm ad προφύλαξιν, & morbos præcauendos, tùm ad θεραπείαν fuere vſitatiſſima;in more ſiquidem majoribus fuit, ſanitatis tuendæ gratia ſingulis menſibus vomere, vt paſſim apud Hippocratem; vnde & ob hanc conſuetudinem vomitoria vehementiora facilè ferebant.

Hodie ferè tantùm ad θεραπείαν,& minùs frequentes ſunt,qui ad morborum præſeruationem in ſtatu ſano vſurpent, niſi intẽperantiæ admodùm dediti, neque etiam æuo noſtro in morbis ipſis paſſim indifferenter vſurpantur; ſed contumacibus ferè & chronicis.

Vomitorij autem in genere vtilitas alia eſt *particularis* ventriculum reſpiciens, alia

vni

vniuerſalis, regionem publicam aut partem aliquam regionis alicuius, humorem peccantem ipſarum euacuans aut deriuans, vel ſi aliunde in ipſas altius influat, reuellens, conferente ad illum motum naturæ, & humoris inclinatione, ſeu vergentiâ partium, ſeu locorum, in quibus reſtagnat, aut in quas illabitur, & viarum, per quas fieri debet illa deriuatio ac reuulſio, cum illis & ventriculo proximitate, & vicinia, aut continuitate, & communione, meatibus patentibus, & omnibus naturaliter diſpoſitis. Ita vt vomitorium in genere remedium ſit vacuus, ſeu catharticum, tùm particulare, ventriculi; tùm vniuerſale, deriuans, atque reuellens.

Vacuat autem in ſpecie, 1. quidem ventriculum, ab omnibus humoribus excrementitiis, bilioſis, pituitoſis, maximè tenuibus, craſſis, viſcidis, vitio proprio congeſtis; vel è toto corpore, capite, viſceribus, venis eò delatis, quos ſinceros ex ipſo fonte, ſiue in ventriculi capacitate inundent, ſiue in tunicis illius impacti, excludit. Hinc affectibus ventriculi idiopathicis confert, præſertim appetentiæ languenti, nauſeæ, vomitui crebro, ventriculi doloribus, cardialgiæ, &c. nude & per conſequens prodeſt aliarũ partiũ morbis, per συμπάθειαν,

quam illæ habent cum ventriculo, contractis:exhauſta enim ipſa ſcaturigine, vnde manabant,ſtatim euaneſcunt.Hinc Galenus dicebat pericranio opitulari, epilepſiæ,vertigini, ſuffuſioni etiamnũ, omnibúſque aliis capitis affectibus,per conſenſũ ventriculi genitis,tranſlato illuc humore morbifico,vel vapore tantùm expirãte ab illuuie ventriculi ſuſcitato: ventriculum etiam ſtatim,& commodè hac via ab aſſumptis expurgat,nimio nempe, vel prauo cibo, potu,crapula, cruditate,veneno.

Vacuat deinde ex Galeno, & primam regionem à varia ímpuritate, & ipſam illuuiem,ex cauis hepatis,liene, pancreate, meſenterio, venis meſaraicis, atque vicinis aliis ventriculo partibus ſinceram expurgat,& vt ipſe notauit, quam aliud vehemens catharticumfædiùs non potuerat exturbare,excludit,qua ratione morbi iſtarũ partiũ ad miraculum contumaces fuere ſanati.In ventriculum enim ex iis locis viæ breues, & expeditæ, hinc & iſtarum partium affectibus variis confert,non tantùm idiopathicis, cachexiæ, ictero, hydropi, lienis,& hepatis obſtructionibus,febribus intermittentibus, quæ ibidem habent ſuum fomitem, &c. ſed etiam prodeſt, vt dicebamus, ventriculo, aliarum par-

n morbis ex conſenſu iam dictarum
ındis, quarum impuritates cauſæ ante-
.entes iſtorum affectuum ſympathico-
n hac via ex Galeno commodiſſimè
acuantur.

Proſtremò, ex eodem Galeno lib.1 de
bribus, ſecundam etiam regionem ex-
rgat,& tertiam; ſed per conſecutionem
ıandam,niſi vtaris validioribus, vt vete-
:s olim ſuo Helleboriſmo, quo etiam ex
artibus remotiſſimis excrementitios ſuc-
os in ventriculum alliciebant, eadem
atione, quâ cathartica valida videmus
ttrahere. Vnde, quandoquidem non eſt
utum vti validioribus ad vacuandum,
:atione iſtarum regionum reuellens cen-
ſetur remedium.

Vtiliter etiam prodeſt, vbi humor in
partibus ventriculo vicinis continetur,
aut in eas etiam aliunde delabitur, qui
hac via per vomitum commodiſſimè deri-
uatur:qua ratione prodeſt inueteratis affe-
ctibus hepatis, lienis, meſenterij, inteſti-
norum. Hinc hypochondriacis affectibus
prodeſt,modò dictarum partium morbi nō
fiant ex flatu, intemperie calida,tumore.

Reuellit etiam humorum impetum in
varias partes,ſiue fluxionis origo ſit ventri-
culus,ſiue partes prima regione contētæ,

& vitioſos ſuccos, in eas illabentes, ad ventriculum reuocat, vnde extrudit per vomitum. Vnde, vt ſuprà, affectibus capitis per ſympathiam confert, alui fluxionibus, iſchiadico & articulorum dolori. Ita vt Galenus concludat vomitum eſſe omnium purgationum ſaluberrimum, modò facilè fiet, & moderatè: quæ autem in eo prouocando ſint obſeruandæ cautelæ, vide apud Hipp. in Aphoriſmis.

CAP. VI.

DE VINIS MEDICATIS.

VINVM medicatum, vt in vſu fuit etiamnum apud veteres, quemadmodum videre licet apud Dioſcoridem: ita hodie frequentiſſimum, maximè apud Septentrionales, & delicatos plurimos paſſim, qui ab alterantibus, & purgantibus decoctis, ſyrupis, infuſionibus, potionibus vulgaribus abhorrentes, ob iniucunditatem, auidiùs eiuſmodi vina, ſimplicium eorundem virtutibus imbuta, amplexantur, nec ſine fructu, qui inde vberrimus emergit; tùm quòd vinum vires medicatas rerum bibat penitiſſimè, ac eliciat, tùm quòd eaſdem, ſpiritu ſuo tenuiſſimo ducente, altè traiiciat in profundiſſimos quoſque receſſus. Adde, quòd, cùm

vino

Digitized by Google

vino abſinthite plerique, probante guſtu, fami- liariter vtantur, vt & Hippocratico dicto, oc- cultis ſub horum ſapore variis purgantibus falli poſſint ad purgationem difficiliores, vt non de- prehendant.

Eſt autem VINVM MEDICATVM, quod vires variorum medicamentorum ſimplicium, in ſe infuſorum, ebiberit, ad purgandum vel al- terandum comparatum.

Hinc duplex ſtatui poteſt in rem præſentem: aliud Purgans, aliud Alterans.

COMPONITVR autem vtrumque *in genere*, 1. *vel* ex muſto, quale vindemiarum tempore tantùm, ideò & maiore copia, pa- randum eſt, ad vſum diuturnum ſc. quem requirunt chronici affectus. Hac autem ra- tione conficitur. Medicamenta ſicca mun- data, craſſiuſculè contundantur, & ſaccu- lo lineo rariori incluſa, indantur in do- lium, (maius, minus, pro vini parandi quantitate maiore, minore, & vſu bre- ui, diuturno,) muſto recenti plenum; ita vt medio muſto innatet, bulliant ſimul, ac fermententur per aliquot dies: muſtum vbi decreuerit, nouum ſubindè affun- dendum, vbi verò deferbuerit, macerен- tur omnia vaſe clauſo; per 15.20.dies: vi- num ſic defæcatum tranſvaſetur, (ne lon- giore maceratione ingredientia corrupte-

lam ſitum, ingratum quid, ac noxium trahant,idque vitium vino concilient,)ac in vſum reconde.

2.*Vel* ex vino iam defæcato ac repoſito, quale quo vis tempore parabitur, ideò & minore, ſi lubeat, quantitate conficiendum,pro vſus neceſſitate hoc modo.Medicamenta ſicca, mundata, contundantur craſſiuſculè, coniiciantur in vas vitreum (maius,minus, pro vſu,& quantitate quam exoptas) affundendo vini albi optimi, vel alterius generoſi triplum, quadrudlum, ſextuplum, octuplum, (vel etiam plus, prout illius doſin largam, parcam, vſum diuturnum,vel breuem eſſe volueris:)omnia vaſe obſignato macerentur per 8.12.15. 20.dies,)ſi màior copia paretur,)aliàs per 3.4.ſi minor & maximè,ſi vſum proximum deſideres, coletur deinde, & tranſuaſatum reponatur ad vſum.*Vel* ad odorem, & ſaporem gratiſſimum,& delitias,)tranſcoletur ſæpiùs per manicam Hippocratis, ſi minor paretur quantitas, aliàs præſtab it iam dicenda in illud tranſcolatum immittere, dulcoretur, & aromatizetur, cum ſacchar.q.ſ.ſic fiet,quod claretam, vel claretum, vel vinum H ppocr. purgans, aut alterans poſſis appellare,maximè ſi aromata ſat copioſa ſimul infuderis.

In

In ſpecie verò, quia quædam in vtroque obſeruanda, ſpeciatim etiam de vtroque agemus, exorſi à purgante.

Vinum medicatum purgans.

Vinum medicatum purgans dicitur, quod variorum ſimplicium purgantium infuſorum vi imbutum eſt, ad vnum pluresue humores vacuandos comparatum.

Eſt autem illud ratione Compoſitionis vel *ſimplex, ex vno tantùm ſimplici cathartico conſtans; additis tamen propriis correctiuis,* vel *compoſitum, quod vel ex pluribus purgantibus, ſolis tantùm cum ſuis correctiuis, eſt concinnatum, vel cui infuſa ſunt ſimul alia alterantia, partem, humorem reſpicientia.*

II. *Ratione verò* qualitatis *ipſorum purgantium, & humorum vacuandorum, aliud eſt* catholicum, *&c.*

III. *Denique* vel *ſine dulcoratione, & aromatizatione, ex iam dictis ſolis conflatur, &* vinum medicatum purgans ſimpliciter *dicitur,* vel *inſuper ſaccharo conditur, & aromatizatur cum cinnamomo, colatúrque ſæpiùs per manicam Hippocratis, &* Clareta, *vel* Claretum, *ac* vinum Hippocraticum purgans appellatur: [*abſolutè enim ſonat vinum illud, quod ad delitias.*]

In eo tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE tria examinanda;

1. *Vinum*, ex quo.

2. *Infundenda* in eo.

3. *Diſſoluenda* aliquando.

In omnibus expendenda *qualitas*, & *quantitas*.

VINVM ratione *qualitatis*, vel nondum defæcatum eſt, ac recens, quòd aliàs muſtum appellatur: quod ad hoc opus laudatur maximè: quando quidem huius beneficio, ac feruore color meliùs occultatur, & ſapor alienus infundendorum: vel vinum iam defæcatum, & iam in vſum repoſitum, rubrum, vel album.

Ratione verò *quantitatis*, hanc *in genere* quidem ſic limitabunt vſus, doſis infundenda, vt ſi vſus diuturnus eſſe debeat, breuis: doſis maior, minor, largius vinum, parciuſue ſit aſſnmendum: vt habito ſimul reſpectu ad infundenda ſit octuplum, ſextuplum, quadruplum, triplum qui namque duodecuplum aſſundunt, & plus etiamnum, id faciũt forſan in gratiã bibulorum. Præſtabit enim ſemper pro vino purgante quantitatem minorem adhibere, vt doſis ipſius minor exiſtat, & acceptior.

Speciatim verò, cathartica infundenda, & vini

vini doſis futura maior minorue, vini quantitatem ſic accuratè definiunt. Vinum purgans præſcribendum, V. G. in 12. dies continuos, vel alternos vſurpandum, (ex leuioribus ad humores morbificos ſenſim expurgandos,) præſcribantur catharticorum doſes in infuſione 12. addantur corrigentia propria, & ſi opus fuerit alterantia etiam idonea; horum omnium quantitas poſtea ſupputetur, ſintque V. G. eorum ℥ viij. iam ſi vini futuram doſin velis eſſe ℥j ß. ℥ ij. circiter, ipſum triplum præſcribas, etſi deinceps pro libitu, eadem via, eadem ratione procedendum, vbi vinum paratur; verè catharticum, ex purgantibus leuioribus, & facilioribus, 4. 5. 6. vicibus aſſumendum, per debita interualla, more ſyruporum magiſtralium.

INFVNDENDA ratione *qualitatis*, ſunt 1. *vel* cathartica ſola, cum ſuis correctiuis, (inter quæ *cinamomum* maximè admittitur, ob aromatis gratiam & ſaporem : tùm etiam *calamus officinarum* aromaticus, ob odorem iucundiſſimum,) vnum, plura; ſeligenda maximè quæ non ſint alieni omninò, & ingrati ſaporis, qualia ſunt *ſenna, polypod. epithym. hellebor. niger*, (pro melancholicis maximè,) *cartham. turbith. hermodact.* (pro pituitoſis,) *ſcammon. caſſia, manna*

aliquando,(pro biliofis delicatis, licet raſiò,)*mechoac.ſem. ebuli*, pro ſeroſis humoribus expurgandis ex quibus ad humores quoſuis purgandos, vina commodè parari poterunt,iiſque ſolis,vel,pro humorum & indicationum complicatione, mixtis.

2.*Vel* etiam ſimul cum iis infunduntur alterantia varia ſicca,ligna, radic. cortic. fol.ſem.flor.aromata,pauciora,plura ſimul, quæ humorem, partem reſpiciunt, quò ipſi vina reddantur magis appropriata: paſſim autem Germani, quibus placet, abſinthium admiſcent.

Ratione *quantitatis*,(ſiue ſit vnum tantùm ſimplex purgans, ſiue plura ſimul), eam definiet numerus doſium, in quas vinum parare conſuetum eſt: V.G. *vinum ſennatum* deſideratur in 20.doſes: *ſennæ* autem doſis in infuſione rectè facta ℥ß. ʒvj. ergò ipſius ℥x.xv.erunt præſcribendæ,& addenda correctiua, proportione ſuprà dicta.

Si vinum ex pluribus,leuioribus, fortioribus, purgantibus ſimul & alterantibus etiam præparetur, hæc proportio ferè obſeruanda:

Catharticorum leuiorum, pro baſi ſc.ſit pars vna.

Catharticorum validiorum ſubquadruplum, vt vulgò, (licet etiam ſubtriplum, ſubduplum adders, perinde eſſet, modò

doſin vini rectè definias.]

Correctiua ſubquadruplâ proportione ab cathartica, vel etiã ſubtriplâ vbi validiora.

Alterantia ſubduplâ ad cathartica, neque obſtabit ſi ſubtriplâ, [vbi efficaciora, radic. ſiccæ, ſemin. aromata maximè,] aduertendo obiter, folia ſicca manipulis, vnciis, & drachmis præſcribi, vt & flores pugillis, vnciis drachmiſque.

DISSOLVENDA ratione *qualitatis*, [ſi aliquando ſcil. ſapor, vel odor. delicatiorũ palato minùs arrideat,] ſunt *ſaccharum*, & aromata aliquot, præſertim *cinnamomum*, quæ vel in vinum coniiciuntur, [ſi copioſius,] vel ſi contrà paucius, in manicam Hippocratis, & vinum ſæpius ſuper ipſa colatur, fitque hippocraticum purgans.

Ratione verò *quantitatis*, pro ℔ j. vini cathartici, *ſacchari* ſint ℥ iij. vel ℥ iv. *cinnamomi*. ʒij. quemadmodum etiam Apozemata, Iulepi, & Vinum Hippocraticum vulgò fieri ſolent, & aromatizari.

Quod ad VSVM, in eo duo maximè conſideranda, *quantum*, *quando*.

Quod ad *quantitatem*, ſeu propinandi vini *doſin*, hæc vniuerſim non vna eſt, ſed diuerſa admodum, quam, cum quacunque tandem quantitate catharticorũ, vel vini, vinum compoſueris, ex arte hac ratione ſic inueſtigabis, ac legitimè definies.

Vinum medicatum, cùm tranſuaſatur, vel colatur, menſures. & ex menſurā pōdus collige, vel aliâ ratione id facias: ſint verò ipſius V.G. ℔.iij. hoc autem factum fuerit purgans ad melancholiam, cum *ſennæ* ℥iv. *polypod.* ℥ij. *epithym.* & *hellebor. nigr.* ana ℥ i ß. additis correctiuis ad ℥j. ℥ j ß. Hæc omnia infuſa, quandoquidem doſes purgantes xvij. quæ in xvij. vices ſufficiunt, ſi vinum in totidem diuiſeris, habebis inuentum ſine errore, erítque doſis ipſius ℥ ij. ſi purgandum vnâ vice fortiùs: ſin eodem vti conſilium eſt ad purgandum per ἐπίκρασιν, per aliquot dies, doſis dimidia ſufficiet.

Quod ad *Tempus*, quandoquidem vinum medicatum affectibus chronicis, & contumacibus, frigidis maximè, deſtinatur, (quales ab humore mucilaginoſo, & fæculento plurimi inueteraſcunt,) quorum cauſas non confeſtim, ſed non niſi paulatim exſcindas, vſus ipſius erit diuturnior, ad plures dies (hiemis tempore præſertim,) 10. 15. 20. continuos, vel etiam alternos tantùm, inſtar pilularum vſualium, ſic manè, vel duabus horis ante prandium poterit propinari; quòd ſi non inſtituatur in purgationē huiuſmodi, quæ fit per ἐπίκρασιν; ſed ad euacuationem vnâ vice validiùs, vſus erit qui aliorum eradicantium, manè,

præſen

præſente purgandi indicatione : aut ſi ſyrupi magiſtralis loco præſcribatur , vſus ipſius idem erit , ſemel vel bis in menſe, manè aliorum catharticorum more.

FORMVLA autem PRÆSCRIBENDI ex componendi ratione ſatis eluceſcit.

VTILITAS. Quod ad vtilitatem , *in genere* quidem,ſiue reſpicias ſimplicium,quæ infunduntur prolectandas vires , quas vinum in ſe copioſè reſoluit,elicit ac effundit,ſiue attendas traiectionem earundem in penitiſſima quæque corporis,ſpiritu tenuiſſimo ducente;vel conſideres ipſius cum naturæ genio familiaritatem , ob quam ab ea amiciſſimè excipitur:aut aduertas indolis propriæ ſymbolum , quo ſubſtantiâ ſuâ aëreâ cognatum eſt ſymphyto partium ſolidarum humido, calori, ac ſpiritui,propter quod in ipſa ſine negotio faceſſit , iis vnitur intimè , & ſimul cum ipſo vis rerum energetica , quam maceratione biberit altiſſimè, in continentia , contenta ducitur , fructus certè ipſius non poteſt eſſe niſi vberrimus:ita vt ſiue ſit purgandum,& ſecernenda illuuies , humoribus , ſpiritibus, partibus ſolidis confuſa , id fiat perfectiſſimè,in quæuis, ob naturæ familiaritatem & ſymbolum, vti dictum, altiſſimè ſe inſinuante,agente proin vi , quâ imbuitur

efficaciſſimè: ſiue ſit alterandũ vario modo, reliquiæ impuritatum acerbarum abſumẽdæ, priſtinus vigor reſtituendus appropriatis, aut partium robur confirmandũ, id fiat hac eadem ratione efficaciter, ob naturæ ſympathiam, qua illis vnitur cum virtute medica penitiſſimè. Licet autem tanta ſint vini medicati beneficia, tamen non ita paſſim apud quaſuis gentes, & regiones in vſu, neque quouis anni tempore: frequentiùs enim iis vſurpatur, qui ſolum algidum inhabitant, per hiemem maximè, vere, & autumno.

In ſummâ, regione frigidiore, anni tempore etiam frigidiore, corporis temperie, &c. vt *ſpeciatim* vinum purgans ſit vtiliſſimũ, in affectibus chronicis, frigidiore anni tempore: delicati, paſſim, ad pallidos colores præſcribitur, ad aſthma, obſtructiones viſcerum pertinaces, & diuturnas, paralyticis etiamnum, licet vino iis interdicatur, cuius certè loco œnomel excellentiùs exiſtit: in ventriculi affectibus, debilitati à crudis frigidiſque humoribus, vinum abſynthites purgans eximium.

Alterans vinum medicatum.

Vini alterantis ambitu continentur vina variis facul

facultatibus imbuta, quæ tùm partes quaſdam proprietate reſpiciunt, humorum morbificorum reliquias in iis atterunt, & delent veſtigia morborum, & ſimul ſpecificè corroborant, (*qualia ex ſimplicibus,* vinum ſaluiatũm, *affectibus cerebri frigidis,* enularum, hyſſopi, *pectoris*, abſinthites, *ventriculo familiare,*) *tum quæ vacuant, ſine cathartico tamen,* (*vt vina diuretica, ſudorifica, quæ ad calculum, menſes mouendos præſcribuntur,*) *tùm etiam, quæ vires partium principum excitant, fouent, confirmant qualia quæ ex aromatibus, ad corroborandum, conficiuntur.*

Eſt autem, vt purgans, ratione compoſitionis, vel *ſimplex,* vel *compoſitum.*

Ratione operationis, vel *alterans in primis, ſecundis, tertiis qualitatibus, corpus, humores, ſpiritus*: vel *corroborans.*

Inſuper, vel *ſine dulcoratione, & aromatizatione conficitur, & ſimpliciter vinum medicatum alterans,* vel *vnà iis conditur, traiiciturque ſæpiùs per manicam Hippocraticam, vt ſuprà, & Clareta vel vinum Hippocraticum dicitur, licet tale, vt ſuprà, quod ad delicias.*

In ipſo tria etiam perpendenda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

COMPOSITIO eadẽ, quæ vini purgantis eſt, vel enim cum muſto, [quando vſus debet eſſe longus, in affectibus chronicis, cõtumacibus alterandis,] ex vino ſimplici

medicamento ſicco,vel pluribus,affectum, humorem,& partem proprietate reſpicientibus, vel cum vino iam repoſito.

Quæ autem proportio eſſe debeat muſti, & ingredientium ſiccorum, ſuprà initiò, & in vino purgante declaratum.Addas tamen obiter: quia vina alterantia maiore doſi propinari poſſunt, ac debent, vinum eitam maiore quantitate,decupla,vndecuplaque poſſe affundi.

Quantitatem verò vini & ingredientium, definiet doſis futura maior, minor, vſus breuitas, longitudo, ſimplicium etiam qualitas debilior, efficacior, qualem vim aromata profundunt.

Eiuſmodi vina ſi trajiciantur per manicam Hippocr. & dulcorentur, diximus ſuprà appellari *Claretum*.

Hûc etiam pertinet,quod aliàs *Hippocraticum* ſimpliciter appellant,quod ſimul eſt, corrobrãs,ex variis aromatibus, odore,ſapore,gratioribus;*cinamom.zingib.granis paradiſ.cardamom.piper.*infuſis ad ℥ ij.in vini rubri ℔j.per horas aliquot, colatis denique per manicam,addendo *ſacchari* q.ſ.vel ℥ij. ℥iij.paſſim verò fit ſimpliciùs, & vſit. tiùs ex ſolo *cinnamomo*.

Cæterùm, ſi loco ſacchari vinum medicatum melle condiatur; non erit inutile, imò

imò frugiferum in affectibus frigidis,quibus vinum meracum nocentius aliquando eſt,vt in Paralyſi,&c.melle eximiè operante,vocaríque poterit *œnomel*,ſeu *mulſum*, aut *vinum*, quale etiam olim veteres vſurpabant;ex mellis parte 1.& vini 2.3.additis aromatibus, ſi opus,proportione ſubdupla,ſubquadrupla,ſubquintupla.

VSVS, *quando*,& *quantum* continebit.

Quod ad *Tempus*;exhiberi poterit ſingulis vel alternis diebus, vel etiam longiore temporis interſtitio, prout morbus requiret per horam 1.2.3.antè prandium.

Quod ad *quantitatem*, doſis ipſius pro quantitate,& qualitate ingredientium : ac vini proportione,varia exiſtit:vbi enim ex paucioribus & minùs efficacibus rebus infuſis,ac vino copioſo, ſextuplo, decuplo fit,eò maior ſemper doſis exhiberi poterit, & contrà.

In genere verò, ab ℥ j. ad ℥ iv.

FORMVLA autem PRÆSCRIBENDI, patet ex ſuperioribus.

VTILITAS etiam ex ſuperioribus eluceſſit. Efficaciſſimè operatur in reliquiis morborum alterandis, diſcutiendis, abſumendis, partibus per affectus chronicos languidis confirmandis, corroborãdiſque, ſudoribus etiã mouendis, vrinis,menſibus:

& nullus ferè affectus, modò chronicus, frigidus, qui ab eo fructum non percipiat.

Cap. VII.

DE EMVLSIONE.

EMVLSIO medicamentum alterans iuniorum inuentum eſt, à demulcendis affectibus, vel certè potiùs, quia lacti ſimilis, aut quod lactea illa ſubſtantia affuſione liquoris, lactis inſtar, eliciatur, nuncupatum.

Eſt autem EMVLSIO medicamentum formâ liquidum, potulentum, ex medulla fructuum & ſeminum quorundam contuſa, affuſo liquore idoneo, inſtar lactis emulſum, [vnde nomen] ad alterandũ vario modo in rem præſentẽ comparatum.

In ea tria conſiderantur: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE tria.

1. *Materia*, ex qua cõtuſa lac iſtud elicitur.
2. *Liquor*, cum quo emulgetur.
3. *Diſſoluenda* in eo.

In omnibus *qualitas*, & *quantitas*.

MATERIA ex qua, ratione *qualitatis*, ſunt tùm fructus, *amygdalæ* nempè *dulces* excorticatæ, tùm ſemina, 4. nempè frigida maiora, ex quibus vulgò paſſim emulſiones vſitatè parantur.

His

His adduntur etiam aliquando alia, tùm fructus; *nuclei* nempè *pincorum*, in affectibus thoracis, & vbi cum humectatione reſtaurandam, vt in hecticis; tùm ſemina, vt paſſim *papaueris albi*, *lactucæ*, *portulacæ*, vbi ſomnus conciliandus, vel magis refrigerandum, aut tenues humores feruidi incraſſandi, & eorum acrimonia ſimul demulcenda.

Ratione *quantitatis*, *in genere*, tùm fructus, tùm ſemina ad ℥ j. ℥ iij. præſcribuntur. *In ſpecie* verò, fructuum ſint ℥ j ß. ℥ ij-ſem. ℥ j. ℥ j ß.

LIQVOR ad lacteam illam ſubſtantiam emulgendam, ratione *qualitatis*, eſt vel *aqua ſimplex*, vel vſitatè *hordei decoctum*, maximè vbi detergendum, vel *ptiſſana*, aut decoctum radic. liquirit. vbi leniendum magis, vel decoctum aliarum rerum iucundarum, facientium ad ſcopum.

Ratione *quantitatis*, pro quaque doſi ℥iij. ℥ iv. ſufficient: vnde cùm emulſiones in tres doſes ferè tantùm vſitatè præſcribantur, (plures enim diù ſine labe non aſſeruantur,) liquoris ℥ ix. vel ℔j. erunt præſcribenda.

DISSOLVENDA. Ratione *qualitatis*, præſcribitur aliquando *ſacch.* ſolum, vel quod paſſim receptum, ſyrupus aliquis idoneus

ſapore gratiſſimus, qui humectet, leniat, aut refrigeret, vt paſſim, *ſyrupus violaceus, capill.vener.*

Aliquando & ad gratiam maiorem & delicias, iis prætereà *aqua roſarum* additur.

Qui manum Chriſti perlatam aliquãdo diſſoluunt pro tabulis, non malè faciunt.

Quod ad *quantitatem*, dulcorantium ℥j.℥j.ß.ſummum pro doſi ſufficiet, *aquæ roſar.* pro tota emulſione, ℥j. ℥jß. manus Chriſti pro quauis doſi, ʒj.

VSVS. In eo tria: *Modus, quantum, quando.*

Quod ad *modum* ſumitur vel per ſe, forma potus, vel etiam ſæpè ipſius præſcribuntur ℥iij. ℥iv. cum decocto aut iuſculo pulli alterato ſumendæ.

Quod ad *quantitatem*, doſis ex iam dictis eluceſcit.

Quod ad *Tempus* ſeu horam, manè & veſperi aſſumitur: quod ſi præſcribatur ad ſomnum conciliandum, hora ſomni.

FORMVLA PRÆSCRIB. R. &c. contundantur in mortario marmoreo, affundendo ſenſim, &c. in colatura diſſolue, &c. fiat emulſio pro 3. vel 4. doſibus. Vtatur vt dictum.

VTILITAS. Non tantùm emulſio præſcribitur leniendis, & demulcendis affectibus pectoris, & pulmonum, calidis & ſiccis

ſiccis maximè, renum ardori, veſicæ, vrinæ acrimoniæ, feruori, gonorrhœæ, &c. vt paſſim volunt; ſed & ad alios vſus: ad ſitim, ad quemuis æſtum in morbis calidis quibuſuis contemperandum, proinde in febribus continuis vtiliſſima ad leniendam ſimul ſiccitatem, iſtorum morborum comitem. vnde & in hecticis vſitatè, ad ſomnum conciliandum, ad alterandum etiam in febribus, & aliis affectibus calidis, vice Apozematum.

Summatim, ad leniendum, refrigerandum, humectandum.

CAP. VIII.

DE AMYGDALATO.

COLORE & ſapore non multùm differt ab emulſione, niſi quòd ſpiſſius exiſtat vſitatius. Duplex enim eſt; aliud *liquidius, ex amygdalis elicita lactea quædam ſubſtantia, inſtar emulſionis, vt ſuprà ſine vllâ coctione,* aliud *verò craſſius, coctione inſpiſſatum, de quo in præſentia.*

Eſt autem MEDICAMENTVM ALIMENTOSVM ſyrupi ſubſtantiâ paulò liquidiore, lactis inſtar, (vnde & cremor & lac amygdalinum vocatur) elicitum, ſaccharoque conditum, ad alterandum ſimul & nutriendum comparatum.

Licet autem à Medico præſcribi non ſoleat minutim; ſed imperari tantùm, Medicus in ipſo tria conſiderabit; *Compoſitionem. Vſum. Vtilitatem.*

Quod ad COMPOSITIONEM, conficitur paſſim ex *amygdalarum excortic.* ℥ ij. quæ teruntur in mortario marmoreo, affundendo ſenſim aquæ feruentis ℔ ß. coiantur deinde, additur *ſacchar.* ℥ j. ℥ j ß. ℥ ij. pro lubitu, deinde parum coquuntur, exhibetur.

Nota, quòd ſi ægrotans amygdalatũ ſpiſſius exoptet, amygdalarum plus & ſacchari eſſe addendum, & contrà.

Nota etiam, amygdalatum vbi ad vigilias vel ſomnum conciliandum inſtituitur, [quod ſæpè fit,] *ſemen papau. albi*, *lactucæ* recipere.

VSVS; quod ad *tempus*, exhibere quidem poteſt quauis hora commoda; ſed paſſim hora ſomni vſitatè exhibetur.

FORMVLA PRÆSCR. R. &c. vide emulſionem.

VTILITAS eadem ferè quæ emulſionis, temperat, lenit, refrigerat, humectat, hinc paſſim in affectibus pectoris demulcendis, expurgandis, in febribus & aliis calidis affectibus, in vigiliis, &c. Vide emulſionem.

CAP.

Cap. IX.

DE HORDEATO.

QVOD *nos hodiè à materia HORDEATVM, veteres, à modo parandi hordeum,* Ptiſanam *vocabant, qui cibus erat ex hordeo pinſendo ab exteriore cortice mundato, (πτίσσω enim, pinſo, decortico,) & aqua confectus : vulgò* cremor hordei:*noſtra autem ptiſana potus eſt.*

Etſi autem vix præſcribatur, COMPONITVR tamen *vel* craſſiore modo, ex cocto hordeo mundato, quod vnà cum iuſculo exhibetur, addito ſaccharo ad lubitum: ſed ſanis tantùm tale conuenit.

Vel, quod re verà hordeatnm, ex hordei mundati ℥ij. decoquantur igne lento, in aqua limpidiſſima, quæ feruefacta abiiciatur, noua addatur, coquatur per 4. vel 5. horas igne blando: hordeum deinde colo traiiciatur. colato ſacchari ℥j. ℥jß. ℥ij. addantur, parum deinde rurſum coquatur.

VSVS. Olim cibus erat febrientium, hodiè datur fere circa horàm ſomni, & tunc ſi vigiliæ vrgeant, additur ſimul parùm emulſionis, cum *papau. albo* præparatæ.

VTILITAS. Summa in febribus, in quibus medicamentum alimentoſum, refrigerans,

detergens, multũ nutrit, euchymum: hume-ctat, pectoris affectibus & hecticis optimũ.

C A P. X.

DE LACTE, ET SERO LACTIS.

LAC etiam ſæpiſſimè venit præſcribendum, in phtiſicis & dyſenteria maximè, idque cum cautela, tùm in lactis ſpecie, tùm in doſi, tùm in modo ipſo exhibendi, Aſininum *laudatur maximè in hecticis, quia reſtituat genuinam humiditatem, ſitque* εὔπεπτον : bubulum *pinguiſſimum, butyroſum magis :* ouillum *caſeoſum ;* caprinum *medium, extenuatis vtile.*

Quod ad VSVM, DOSIN & MODVM PRÆSCRIB. hic eſt. R. Lactis aſinini (vbi vis refrigerare, detergere; vbi verò magis nutrire, lactis caprini,) ℥ iv. ſacchar. vel mellis, (ne corrumpatur aut aceſcat,) ℥j. idque pro prima doſi, pro ſecunda augendo ℥j. ad ℥ v. donec venerit ad ℥x. vel xij. deinde retrogradiendo ad primam quantitatẽ redeundo: ſumatur autem 4. horis antè cibũ, & ab ipſo aſſumpto neque dormiat, neque corpus agitet validiùs. Nunquam autem niſi corpore repurgato vſus ipſius ineundus.

VTILITAS. Hecticis maximè dicatur, impinguat, citò reficit: in vſu ipſius cauen-

dum

dum à corporibus impuris, quia in ventriculo frigido aceſcit, in calido æſtuante nidorem inducit, vnde capitis dolor; hinc nec febrientibus, nec hypochondriis inflatis vtile: in dyſenteria etiam valdè proficuum, tùm ad leniendum, detergendum ſimul, & vlcus ſolidandum, maximè ſi chalybeatum cùm terræ ſigillatæ ℈j. ad ſcutellam exhibueris, manè & veſperi, 4. horis ante vllum cibum. *Hæc de lacte, ſequitur.*

SERVM LACTIS. Non eſt alimentoſum ſed medicamentoſum: vacuat ſeroſos humores & aduſtos liberaliùs ſumptũ, refrigerat, febrientibus vtile, hepatis, renum ardori, per æſtatis decurſum: in melancholia vtiliſſimum, & affectibus ab ipſa profectis, lepra, ſcabie, &c. maximè, ſi fumaria in eo fuerit macerata.

Hic autem VSVS & FORMVLA PRÆSCRIBENDI. R. Serum Lactis, coletur, deinde bulliat, (tùm quia flatulentum, tùm vt quicquid ineſt caſei, ſubſideat,) tũc in eo per noctem maceretur, in ℔. ij. ſcil. eius, *fumariæ* M. j. *Cichor.* M. ß. colato adde *ſacchar.* ℥j. ℥jß. ſecundo autem die huic doſi ℥ij. addendæ, donec veneris ad ℔ iij. deinde ſerie præpoſterâ ſenſim ad ℔. j. redeundo. Alias lib. j. ſufficit ſingulis diebus aſſumenda per menſem, infundendo eandem *fumariam*, ad-

dendo in colatura ſacchar. ℥ j. & efficaciter in melancholicis, *ſucci pomorum redolentium* tantundem: aliàs etiam ad febres & ardores ſimpliciter vſurpatur, acetoſa in ipſius ℥ viij. macerata, & aliis refrigerantibus: ídque manè hora v. vel vj. quatuor nempè horis ante cibum.

Cap. XI.

De Hydromellite.

Potvs mellitus eſt veteribus celeberrimus: illis melioratum, aliàs Mulſa dictus hodiè etiam vſitatiſſimus in abſtemiis, aut quibus vinum nocet.

Eſt autem duplex, vulgare & medicatum, ſiue ſimplex, ſiue compoſitum.

Vvlgare duplex eſt, *aquoſum* ſeu *dilutius*, & *vinoſum*.

Aquoſum componitur quidem apud Meſuæum, ex mellis vna parte, aquæ 8. hodiè dilutiùs ex aquæ 10. vel 12. partibus.

Coquitur vſque dum non ſpumeſcat ampliùs, ad quartæ ſc. vel quintæ partis conſumptionem, colatur, ſeruatur, conditur etiamnum ad gratiam, ſi voluerit aſſumens, cinamomo pauco ʒ ij. iij. ℥ ß. &c.

Vinoſum eſt meracius, ſic dictũ, quòd vini

gene

generoſi ſaporem, & calidam vim æmuletur: ſitq; veluti nectar maluaticũ. Fit autem ex mellis parte vna, aquæ partibus iv. alij vj. alij vij. (perinde tamen, quando quidem coqui debet, vſque dum ouum crudum innatet, reconde in vaſe præſertim vitreo, occludatur, inſoletur, vel in calido teneatur per menſem aut 14. dies. Tale ferè Anglorum *meteglin*, niſi quod poſteà fermentum in nodulo ligatum ſuſpendant in vaſe, ad ʒij V. G. & addant aromata ad ʒß. ℈ij. pro quantitate mellis iam definita, h.e. ad ℔ j.

VSVS & VTILITAS. Pro potu ordinario præſcribitur, in affectibus frigidis & pituitoſis præſertim, & vbi vini abſtinentia iuuat, vel vſus noxius, vt in paralyſi: vel vbi vires eximias, & in frigidis humoris alterandis potentes, corroborando calori natiuo quærimus, mirè conſeruat à putredine: vt autem frigidis & ſenibus eximiè confert, ſic noxius in febrientibus, bilioſis & calidis; quia citò bileſcit & amareſcit, quemadmodum coctione nimiâ & vetuſtate licet experiri. Hinc & Hippocr. in πικρο-χόλοις prohibet, & μεγαλοσπλάγχνοις in quibus auidiùs rapitur & confeſtim: vnde cruditates & flatus incredibiles progignit. Eſt etiam Hippocr. diureticum, arenulas mirè detergens & expurgans.

Vinoſum iſta elegantius, præſtat, & inſtat maluatici potenter coquit humores frigidos, expectorat, roborat ſtomachum, coctionem, diſcutit flatus, & cruditates coquit, quemadmodum vulgare apud Galenum: ἀνακάθαρσιν mirè promouet, efficax in Aſthmaticis.

MEDICATVM componitur facilè ex hydromellite ſimplici, cui incoquantur ſimplicia ſicca, partem cui deſtinatur reſpicientia, & ea, quæ pro potu ſuauiora. Decoquantur autem poſtquam deſpumatum fuerit: ſint V. G. herbarum M. iv. coque, in colatura infundantur per 2.3. horas aromatum ℥ß.ʒ vj.

VTILITAS efficaciſſima, & ſpecifica vis, præter ſuprà dicta, in morbis tollendis, maximè frigidis inueteratis, vt paralyſi, &c.

Cap. XII.

DE HYDROSACCHARO, & Ptiſana.

HYDROSACCHARVM *potus ſuauior eſt & delicatior quam hydromel: & in quibus hydromellitis vſum ob calorem formidamus, ad eadem ferè efficax, & abſtemiis maximè conueniens.*

Fit

Fit aquæ fontanæ, quæ feruore repurgata fuerit, partibus. 12. & ſacchari albi parte vna, plus minùs.

Poteris aromatizare cinnamomo, vel ſantalis in febribus, ad ℥iii.℥ß. *Vtatur* pro potu.

PTISANA veterũ cibus fuit, qui hodiè vocatur Hordeatum. Noſtrã potus eſt, tùm ſanis, tùm febrientibus, & vbi æſtus præſens aut imminens, neque locus vino idoneus.

Fit autem variè pro ſumentium libitu.

Vel enim ſimpliciter ex hordeo integro, & aqua fontana fit, vt illius pars vna ſit, huius partes 10. 15. meliùs 20. vt paſſim in officinis: coque ad conſumptionem ℔ v. & vſq; hordeum intumeſcat, (malè Nicolaus ad conſumptionem ℔ xv. niſi id pro cibo) & eiuſmodi decoctum vulgò in officinis vocatur *aqua hordei*, vel *decoctum hordei*.

Vel *liquiritia, paſſulæ, gramen, radix acetoſæ*, & alia pro lubitu ægrotantis ſimul decoquuntur, parca manu; ſed vix hodiè à Medico præſcribitur.

VTILITAS. Humectat, refrigerat, detergit, alimentum præbet pauciſſimum, bilioſis & ſanguineis accommodatiſſimum: febricitantibus, affectibus calidis hepatis, ventriculi, renum.

NOTA, aquam hordei, ſeu ptiſanam noſtram, vel decoctum hordei, conſtare ex hordei integri

parte 1. aquæ 20. cocti vſque dum intumeſcat. Cremorem etiam hordei, vſque dum rumpatur. Hordeum mundatum, coctum, vſque dum abeat in pultem, Ptiſanam veterum referre: ſi traiiciatur per ſetaceum, vocari ſuccum Ptiſanæ.

Cap. XIII.

DE DIÆTA.

NOMINE Diætæ audimus non tàm regimen ſex rerum non naturalium, quàm decocta varia ex ſudorificis vſualibus hodiernis comparata, per quorum vſum, quandoquidem exacta viuendi ratio & accurata ſobriè obſeruanda, hinc & ipſa Diæta fuere appellata, vnde nominis origo.

Eſt enim DIÆTA, quam audimus, decoctum ex vno ſudorificorum quatuor vſitatorum vel pluribus, in liquore idoneo factum, ad alterandum ſimpliciter per ſudores, comparatum.

Hinc Diæta eiuſmodi duplex rectè ſtatui poteſt: Alterans, vel Vacuans.

Alterans

Alterans Diæta.

Licet quatuor illa hydrotica vulgaria, ſudori proliciendo tantùm videantur eſſe dicata, tamen & præſcribuntur ſæpiùs cum magno fructu, in pluribus affectibus ſine ſudore efficaciſſimè. Hinc & Diætam alterantem *appello.*

In hac tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE tria quoque: *Materia*, ex qua, *Liquor*, & *Diſſoluenda.*

In materia *qualitas*, & *quantitas.*

MATERIA ratione *qualitatis*, *in genere* duplex.

1. Sudorificum aliquod ex vulgaribus *Guaiacum, China, Saſſaphras, Salſaparilla.*

2. Alterantia varia, radic. fol. ſemin. flores, affectum, humorem peccantem, partem laborantem reſpicientia.

In ſpecie verò variè ſeligitur iſta materia, pro varietate partium maximè, quibus inhærent expugnandi affectus.

In partium enim quarumuis affectibus pituitoſis, inueteratis, potenter alterandis expugnandiſque, aſſumitur *Guaiacum*, *China*, *Salſaparilla*, ſola vel mixta, vna cum alterantibus iam dictis idoneis.

In affectibus verò pectoris, aſthmate, phtiſis tabe, &c. in quibus etiam paſſim hodiè vſitatè & ferè tantùm diæta eiusmodi al-

rans præſcribitur, & *decoctum pectorale* paſſim etiam appellatur (ſeligitur ſumitúrque *China* ſola, vel aliquando etiamnum ipſi additur, *Salſapar.* aut *lignum Saſſaphr.* vnà cum alterantibus thoracicis idoneis.

Ita vt ex dictis Diæta alterans duplex ſtatui poſſit. 1. Non pectoralis, *variarum partium affectibus pituitoſis inſenſibiliter abſumendis.*

2. Pectoralis, *decoctum nempè ex Chinâ, (aliquando & additâ* Salſapar.) *fructibus & ſeminibus pectoralibus, comparatum: qualis hodiè ferè tantùm præſcribitur:*

Ratione *quantitatis*, ſudorifica illa in diæta non pectorali, ſola vel mixta, præſcribuntur ad ℥vj. plus minùs, habita ratione temporis, ætatis, regionis, &c. Alterantia verò, rad. fol. ſem. flor. omnia ſimul vel ipſorum quædam, doſi media Apozematis præſcribenda.

In Diæta autem pectorali, cuius baſis *China* eſt, hæc ſi ſola, (vt paſſim) ad ℥j. præſcribitur, ſi vnà addantur reliqua dicta, horum ʒij. ʒ iij. ipſius [ſcil. chinæ,] ʒ vj. præſcribuntur.

Alterantia vrrò, fructus pectorales ad ℥jß. ℥ij. ſemin. pector. ℥j. ℥jß. et ſi aliquando in phtiſi caro cancrorum, & teſtudinis abluta præſcribatur, id fit ad ℥j. ℥ij.

LIQVOR ratione *qualitatis*, in diæta alterante non pectorali eſt *aqua communis*, vel

liquor

liquor alius idoneus, dictus in Apozemate, *hydromel* maximè: quandoquidem decoctum eiuſmodi frigidos affectus & humores reſpiciat. In pectorali verò etiam *aqua ſimplex*, vel *decoctum hordei* ſumitur; hac tamen cautela, quòd in hoc liquore China infundatur, horas aliquot, deinde hæc in ventre pulli vel gallinæ exenterati concludatur, vnà cum fructibus & ſemin. pectoralibus coquantur deinde in liquore dicto, ad putrilaginem vſque.

Ratione verò *quantitatis*, ℔. 10. 12. vel q.ſ. ad perfectam conctionem requiruntur.

DISSOLVENDA. Ratione *qualitatis*, in non pectorali aliquando ſyrupus, vel ſaccharum, (vna cum aromatizatione facienda) præſcribitur diſſoluendum, vt in Apozemate alterante.

In pectorali paſſim *ſacchar. roſat.* præſcribitur: poteſt & ſyrupus idoneus.

Ratione *quantitatis*, iſta pro quaque doſi ad ℥j. ℥jß. diſſoluuntur.

VSVS. In ipſo tria; *Modus, quantitas, tempus.*

Decoctum non pectorale quod ad *modum* bibendo quidem; ſed ſine ſudore vſurpatur.

Quod ad *quantitatem continuam*, ſeu *doſin*, ℥ iv. vj. ſufficiunt. Quod ad *diſcretam*, per 10. 15. dies vſurpandum.

Quod ad *tempus*, manè ſumi debet alterans eiuſmodi.

Pectorale verò, quod ad *modum*, etiam ſine ſudore vſurpetur.

Quod ad *quantitatem*, etiam ℥ vj. *quantitatem* verò *diſcretam*, per dies 15.

Tempus verò manè.

Hæc autem FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

In decocto quidem non pectorali. R.&c. fiat decoctum, ſeruetur in vaſe vitreo, pro 4. aut 5. doſibus matutinis, quo corpore priùs purgato vtatur per 10.15. dies, obſeruato victu ſobrio & exiccante, ac pro potu vtatur decocto ſecundario, vel Bocheto.

In pectorali verò. R. (chinam vel alia) infunde in aquæ, &c. ponantur deinde in ventre pulli, vnà cum fructuum, &c. coquantur deinde ad putrilaginem, addendo ſub finem decoctionis, folior. &c. (præparantia,) exprimantur omnia, colentur, in colatura ℔j. diſſolue, &c. pro duabus doſibus, manè calidè continendo ſe in lecto per horas 2.3. ſine ſudore, & continuando per dies 15.20 30. corpus autem priùs cum manna repurgandum, vt & ſingulis 15. diebus: & interim viuendũ ſobriè, ac pro potu decocto chinæ vtendũ, vel hydromellite.

VTILITAS; inſignis omninò eſt in omnibus

bus diuturnis affectibus, vbi conſilium adeſt, humorum illuuiem, chronicorum eiuſmodi affectum fomitum, attenuare, reſoluere & inſenſibiliter vacuare, abſumere, vias ſimul & ductus, per quos digeri debent, rareface-re; aut præparare etiã potenter ad purgatio-nem. Neque tamen in iis licet vti tutò ſudo-re, vt in aſthmate & phtiſi maximè, in qua ferè hodiè tantùm diæta eiuſmodi alterans præſcribitur, in quibus affectibus purgan-tia noxia ſunt, vt & ſudorifica. Neque ta-men humores iſtorum affectuum fomites, in thorace ſtabulantes, alia ferè ratione vix licet abſumere, aut euacuare.

Vacuans Diæta.

Diæta vacuans, qualis hodiè ferè tantum pæſcri-bitur, auditur hic, quæ cauſas morbificas per ſu-dores exhaurit, euacuat.

Eſt autem duplex: alia ſudorifica tantùm, alia verò ſimul cathartica.

SVDORIFICA tantùm hodiè propriè Diæta appellatur: eſtque vt iam dixi, quæ ſenſibiliter cau-ſas antecedentes, vel coniunctas morborum, per ſudores euacuat.

In hac tria conſiderantur: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In

In COMPOSITIONE duo perpendenda.

1. *Materia*, ex qua comparatur eiuſmodi decoctum.

2. *Liquor*, in quo ipſa decoquitur.

In vtroque *qualitas*, *& quantitas.*

MATERIA EX QVA, ratione *qualitatis*, eſt vel ſudorifica, vel alterans etiam ſimul aliquando.

Quod ad ſudorifica; componitur *vel* ex *Guaiaco* & *cortice eiuſdem* ſolo: ſola *Chinâ*, rariùs ex ſola *ſalſaparilla*; vix vnquam ex ſolo *ſaſſaphras*.

Vel ex *Guaiaco* vt baſi, cùm aliorum modò vno modo duobus admixtis, ob varias medici intentiones, vel maximè, quò Guaiaci feruor, & nimia caliditas obtundatur, cum eodem ſudandi fructu.

Vel ex *China* vt baſi, & *ſalſaparilla*, aut *ligno ſaſſaphras* vbi minùs conſilium eſt calefacere; exſiccare tamen non minùs potenter, & abſumere vitioſas humiditates.

Quod ad alterantia; vtiliſſimè cum iam dictis, ad finem decoctionis, etiam aliquando decoquuntur, adduntur que varia ſimplicia alterantia, quæ partem affectam proprietate reſpiciunt & humorem; vnde tantùm adduntur hoc fine ſæpiùs, vt Guaiaci caliditas & ſiccitas obtundatur, ne hepar incaleſcat: ad hoc autem ſeliguntur radic.

fol.

. ſemin. fructus, flores, plura, pauciora.
Quod ad *quantitatem*, ſudorifica ſola præſcripta, vel mixta, pro quaque doſi ad ℥j. ℥j. ß eſcripta ſufficiunt, ita vt, quandoquidem coctum hydroticum in 4. tantùm doſes eſcribi debeat, ℥iv. ℥vj. ſint præſcriben-, quæ doſis poteſt minui, augeri, pro rane temperamenti, ætatis, virium, tempo- anni, conſtitutionis morbi, regionis, &c. Alterantia verò vbi aſſumuntur, doſi didia Apozematum, & quoad ordinem, ſt ſudorifica præſcribenda. Ad hoc paſſim decocto guaiacino *liquirit. paſſularum* ana .℥j. ß. vſurpantur.

LIQVOR: ratione *qualitatis*, paſſim aqua ntana vſurpanda præſcribitur.

Quod ad *quantitatem*, licèt ex artis præcep- aqua in decoctione radicum, lignorum, ebeat eſſe octupla; tamen quia in infuſioe hydroticorum illius multum abſumitur, ebet eſſe duodecupla, h.e. pro ℥j. ℔j. & nc obiter decoquendum ad medias, quæ tio vſitatiſſima. Poteſt & ℔jß. præſcribi, t tunc ad tertias conſumendum.

VSVS. Quod ad *quantitatem*; de eiusmodi ecocto ſudorifico ℥ viij. bibuntur.

Quod ad *modum* calidè, tegendo corpus lùs ſolitò, multis veſtibus ac ſtragulis.

Quod ad *tempus*, manè, rariùs & circa ve-

ſperam repetitur, in robuſtis, valde pituitoſis, & copioſis excrementis refertis.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI exemplo Guaiaci. ℞. Raſuræ ligni ſancti ℥ iv. cortic. eiuſdē ℥ ij. infundantur in ℔ vj. vel ix. aquæ fontanæ, per 24. horas, ſeu diem naturalem, ſupra cineres tepidos vel calidos vaſe clauſo accuratè. Decoquantur deinde igne lento, prunis luculentis ſine fumo, donec redeant ad medias, refrigerentur; colentur poſteà per manicam Hippocratis (& vbi decoctum validiùs expetitur, exprimantur leniter,) dulcoretur decoctum ſacchari ℥ iij. iv. aromatizetúrque cinamom. ʒj. ß. ʒ ij. (dulcoratio tamen & aromatizatio poſſunt omitti in minus delicatis,) reponatur ad vsū in ampulla vitrea. Capiat de hoc decocto ℥ viij. calidè, manè, tegendo corpus plus ſolito, ſudando ad placitum.

Nota, quòd (vbi alterantia cum ſudorificis præſcribuntur,) imperetur in formula, ſub finem coctionis adde talia, &c.

℞. Reſidentiam decocti ſuperioris, (vbi ſcilicet nulla alia ſimplicia addita,) adde ſi volueris ſudorifici alicuius recentis ℥ j. infunde in aquæ fontanæ ℔ xij per horas 8. vel 12. decoquantur ad tertiæ vnius vel quartæ tantum conſumptionē: cola per manicam Hippocratis, aromatiza, & dulcora cum ſac-

char.

:.q.ſ.ci namom: ʒjß. ʒij. fiat decoctum
ındarium ſeu bochetum pro potu ordi-
o.

)bſerua hanc victus rationem per 15.20.
lies, (niſi vires labeſcant, tunc enim
uum, quatriduum licebit intermittere,)
tempore vtatur aſſis potiùs, quàm eli-
, auiculis montanis & campeſtribus,
ıamomo, garyoph.&c. transfixis, galli-
caponibus; pane biſcocto, aniſato, paſ-
;, amygdalis torrefactis, & in vltima
ıſa coriandro, aniſo ſaccharato, &c.
:ur ſecundario decocto expreſſo, colato,
natizato cum ſacchar.& cinnam. q.ſ. pro
u ordinario: quòd ſi aluus fuerit adſtri-
ır, iniiciatur clyſter communis, vel, quod
ımum, ſingulis vj. viij. diebus reiteren-
pilulæ, potio, aut alia purgantia præſcri-
, (vt craſſior materia ſcil. quæ abſumptis
tibus tenuioribus reſtagnate ſolet in
o, deturbetur,) quo die abſtineat à deco-
ſudorifico.

/t autem antè diætæ vſum purgari de-
ıt, ſic & duodecimo, vel vndecimo quo-
; die.

ıolent etiam in diætis præſcribi ſacculi
ı ex cephalicis digerentibus, calidiſſimè
ıiti (detonſo priùs capillitio) applican-
, per horæ quadrantem, donec ſudor

ſperam repetitur, in robuſtis, valde pituitoſis, & copioſis excrementis refertis.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI exemplo Guaiaci. ℞. Raſuræ ligni ſancti ℥ iv. cortic. eiuſdẽ ℥ ij. infundantur in ℔ vj. vel ix. aquæ fontanæ, per 24. horas, ſeu diem naturalem, ſupra cineres tepidos vel calidos vaſe clauſo accuratè. Decoquantur deinde igne lento, prunis luculentis ſine fumo, donec redeant ad medias, refrigerentur; colentur poſteà per manicam Hippocratis (& vbi decoctum validiùs expetitur, exprimantur leniter,) dulcoretur decoctum ſacchari ℥ iij. iv. aromatizetúrque cinamom. ʒj. ß. ʒ ij. (dulcoratio tamen & aromatizatio poſſunt omitti in minùs delicatis,) reponatur ad vſũ in ampulla vitrea. Capiat de hoc decocto ℥ viij. calidè, manè, tegendo corpus plus ſolito, ſudando ad placitum.

Nota, quòd (vbi alterantia cum ſudorificis præſcribuntur,) imperetur in formula, ſub finem coctionis adde talia, &c.

℞. Reſidentiam decocti ſuperioris, (vbi ſcilicet nulla alia ſimplicia addita,) adde ſi volueris ſudorifici alicuius recentis ʒj. infunde in aquæ fontanæ ℔ xij per horas 8. vel 12. decoquantur ad tertiæ vnius vel quartæ tantum conſumptione: cola per manicam Hippocratis, aromatiza, & dulcora cum ſac-

char.

char.q.ſ.cinamom: ʒjß. ℥ij. fiat decoctum ſecundarium ſeu bochetum pro potu ordinario.

Obſerua hanc victus rationem per 15.20. 30.dies, (niſi vires labeſcant, tunc enim triduum, quatriduum licebit intermittere,) quo tempore vtatur aſſis potiùs, quàm elixis, auiculis montanis & campeſtribus, cinnamomo, garyoph.&c. transfixis, gallinis, caponibus; pane biſcocto, aniſato, paſſulis, amygdalis torrefactis; & in vltima menſa coriandro, aniſo ſaccharato, &c. Vtatur ſecundario decocto expreſſo, colató, aromatizato cum ſacchar.& cinnam. q.ſ. pro potu ordinario: quòd ſi aluus fuerit adſtrictior, iniiciatur clyſter communis, vel, quod optimum, ſingulis vj. viij. diebus reiterentur pilulæ, potio, aut alia purgantia præſcripta, (vt craſſior materia ſcil. quæ abſumptis partibus tenuioribus reſtagnate ſolet in aluo, deturbetur,) quo die abſtineat à decocto ſudorifico.

Vt autem antè diætæ vſum purgari debent, ſic & duodecimo, vel vndecimo quoque die.

Solent etiam in diætis præſcribi ſacculi duo ex cephalicis digerentibus, calidiſſimè capiti (detonſo priùs capillitio) applicandi, per horæ quadrantem, donec ſudor

erumpat e facie, ſtatim ab hauſto ſudorifico, ad ſudorem promouendum, & poſt deterſum etiam ſudorem, in affectibus capitis maximè, ad digerendum magis abſumêdumue, quibus ſublatis caput munitur ſtuppis cannabinis calefactis, & ſuffitu communi ſuffitis.

VTILITAS eximia & ampliſſima, non ſolùm in affectibus externis; ſed & internis, contumacibus maximè, quorum cauſæ altiùs egere radices, vt nec purgantibus vulgatis, aut alterantibus exſcindi potuerint, ita vt egeant his medicamentis, quæ ſubtilitate partium, & attenuatione maximâ iſtum fomitem reſoluant inſenſibiliter, aut per ſudores manifeſtè diſſipent, ac diſcutiant reliquias vitioſorum: ſic ad fluxiones capitis inueteratas, catharros diuturnos, cachexiam, hydropem, ad alios eiuſmodi affectus ab humoribus pituoſis copioſiſue, in lue venerea, &c. *Hæc de Diæta ſudorifica.*

DIÆTA SVDORIFICO-CATHARTICA eſt decoctum, in diætis iam dictis ſudores mouens, & per aluum ſimul euacuans, vſurpandum, medicorum recentium maximè inuentum eſt; & antè paucos annos vix vſitatum, neque tamen ſine ſpe fructus vberrimi excogitatum: cùm huius ope humorum partibus tenuioribus reſolutis per ſudores, reliquæ craſſiores, quæ aliàs ſolent, pertinaci-

ter

ter reſtagnare in aluo & aliis partibus, hac ratione ſimul vtiliter eradicantur, neque eſt quod diuerſos & contrarios motus conclament, calor enim natiuus inſtrumentum facultate expultrice indifferenter ſe habet ad omnem motum ſitumue, & qua data porta, vellicante, vel trahente medicamento, ad rei morbificæ expulſionem inſurgit, experientia probante, confirmante. Hinc & nomen, & definitio eluceſcits

In hac autem tria conſiderantur, *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo maximè: *Materia*, ex qua: *Liquor*. In vtroque *qualitas*, & *quantitas*.

Quod ad MATERIAM, ratione *qualitatis* aſſumitur decoctum ſuperius, conſtans vti dictum ex ſolis ſudorificis, vel etiam ſimul aliquando ex ſimplicibus alterantibus additis, vnde ſudorifici appellatio.

Huic materiæ, vt decoctum fiat ſimul catharticum, adduntur quæ dicta ſunt in Apozemate purgante, purgantia baſin conſtituentia, *ſenna, cartham. polypodium*; tùm etiam alia cathartica, humorem pituitoſum maximè reſpicientia, *Turbith. Hermodact. Rhabarb. Agaricum*, pauciora, plura, pro ſcopo, vnà cum ſuis correctiuis.

Quod ad *quantitatem*, ſudorifica & alterantia vide ſuprà. Purgantia verò doſi ferè

Apozematis purgantis præſcribenda, paulò tamen (quarta nempè parte minore, quòd vires non ferant copioſas eiuſmodi, per habitum & aluum purgationes.

LIQVOR. ratione *qualitatis*, & *quantitatis.* vide ſuprà.

VSVS. Quod ad *quantitatem*, ad ℥iv. vel v.

Quod ad *tempus*, mane, idque per quatriduum ferè, initio eiuſmodi diætarum, reliquis enim diebus ſequentibus, detractis laxantibus, diæta ſimplicior ſudorifica vſurpatur.

Et quod ad FORMVLAM, hæc eſt. R. &c. i. e. dicta ſuprà, ſiue decoctum ſudorificum, ſub finem decoctionis adde purgantia iam dicta, vel vna ſimul cum alterantibus, colētur, &c. vide ſuprà. Finito hoc decocto purgante, & 4. doſibus matutinis abſoluto, vtatur eodem, deinde detractis laxantibus, per dies 10. 15. 20 &c.

VTILITAS. Diæta euſmodi apud recentiores hodiè vſitatiſſima, in corporibus admodum cacochymis & robuſtis ſimul, quæ duplicem illam euacuationem poſtulant, ad humorum morbificorum in 1. 2. 3. regione ſtabulantium partes craſſiores tenuioreſque ſimul, vna & eadem opera euacuandum. Vtiliſſima autem maximè omnium eſt, & vſitatiſſima in lue venerea curāda, tractanda.

ANIMA

ANIMADVERSIONES.

NOTANDVM CIRCA SVDORIFICA in formulis ſpeciatim dici de ligno Guaiac. R. *Raſuræ ligni ſancti reſinoſi : de* ligno Saſſaphras. R. *ligni Saſſaphras recentis cum ſuo cortice minutim & fruſtulatim inciſi, aut aſſulatim diſſecti : de* rad. Chinæ. R. *Rad. chinæ ponderoſæ non exeſæ aut carioſæ, in taleolas diſſectæ, &c. de* rad. Salſaparillæ. R. *rad. Salſaparill. in taleolas inciſæ & diſſectæ, & cum ſuis capillamentis.*

Notandum, decoctum chinæ in cineribus calidis, vel loco calido eſſe aſſeruandum, aliàs aceſcere: decoctum ligni ſaſſaphras amittere diutiùs aſſeruatum, odoris gratiam.

CAP. XIV.

DE BOCHETO.

BOCHETVM *potus eſt diætarum iam dictarum vtiliſſimus : aliàs in affectibus, in quibus vinum tutò non porrigitur, vel vbi exiccare ſenſim, aut humorum illuuiem abſumere conſilium.*

COMPONITVR autem breuiter in diætis, ex reſidentiâ præſcripti decocti ſudorifici, (modò nulla alterantia vel purgan-

Digitized by Google

tia ſimul fuerint incocta:vti ſuprà declaratum in formulâ diætæ ſudorificæ:aliàs enim recens parandum & præſcribendum,)additâ aliquando inſuper ℥j.℥ij. eiuſdem vel alterius ſimplicis hydrotici, infundantur omnia per horas 12.in aquæ ℔ xij. vt ſuprà, coquantur ad quartæ vel tertiæ partis cõſumptionem,exprimantur colenturque per manicam Hipp. additur *ſacchar.*℔ ß.℔j. vel ad placitum,*cinamom.*ʒiij.℥ ß.fiat decoctum ſecundarium, ſeu Bochetum, ſeruetur in ampullâ vitreâ pro potu ordinario.

Vel paratur aliàs in rem præſentem, ſiue quòd nulla diæta præcedens fuerit præſcripta; ex cuius reſidentiâ fieri poſſit, (ſiue quòd illa ex ſudorificis alterantibus, & ſimul purgantibus conſtiterit, quorum vis potu eiuſmodi ordinario non deſideratur,) ex aliquo, vel pluribus ſudorificis, ad ℥ij. ℥ij ß.eodem modo, vt ſuprà dictum, præſcriptis, fiat Bochetum, quo vtatur, vt dictum.

VSVS, FORMVLA, VTILITAS iam ſatis declarata.

Cap. XIV.

DE DECOCTO GALLI.

N*OMINIS ratio plana. Inuentio verò veterum fuit. Vſus recentioribus hodiè admodum confirmatus.*

Eſt autem DECOCTVM GALLI iuſculũ quoddam, ex Gallo vetere, & ſudorificis quibuſdam, alterantibus, vel etiamnum catharticis, ad alterandum vel purgandum comparatum.

Hinc duplex decoctum eiuſmodi: Alterans, *vel* Catharticum.

Decoctum Galli alterans.

In Alterante conſideratur: *Materia* maximè, & *Liquor*. In vtroque *qualitas*, & *quantitas*.

Quod ad MATERIAM, ratione *qualitatis*, Gallus vetus pro baſi veluti aſſumitur.

Huius venter ſarcitur deinde, vel etiam ad finem tantùm decoquuntur alia, quæ ſunt tùm ſudorifica paſſim, vt *china, ſalſaparill. ſaſſaphr.* ſola, mixta, in aſthmate & melancholia hypochondriaca, vſitatiſſimè præſcribenda, tùm alterantia rad. fol. ſem. fructus, plura, pauciora.

Quod ad *quantitatem*, ſudorifica ad ℥ij.

præſcribuntur, alterantia verò doſi ferè Apozematis alterantis pauló minore.

LIQVOR, ratione *qualitatis*, *aquæ* paſſim. Ratione *quantitatis*, q.ſ.

VSVS: quod ad *quantitatem*, ad ℥vj. vel viij. Quod ad *tempus*, manè continuando per 15. dies, vel ſpatium menſis vnius.

Hæc autem FORMVLA. R. Gallum veterem rufum, decrepitum, vel 4. aut 5. annorũ, curſu, verberibus fatigatum, deplumetur viuus, iuguletur, & exenteretur, huius venter repleatur ſudorif. fructibus, ſeminibus dictis, conſuatur, coquatur deinde in olla vernifata, vel ſtannata, cum aquæ ſufficienti quantitate perfectè, donec carnes contabeſcant & ſeparentur ab oſſibus, vbi autem iuſculum deſpumatum fuerit, adde radic. &c. ſub finem verò decocti, folia, flores, &c. coquantur vſque ſuperſint iuſculi ℔ iij. exprimantur fortiter, colentur, ſeruetur decoctum in ampulla vitrea, in loco frigido omni pinguedine detracta, cape de eo iuſculo ℥ viij. vel ℔ ß. manè, addendo ſi volueris, maximè in affectibus thoracis, ſacch. vel ſyrup. idonei ℥j. continuando per 15. dies, vel ſpatium menſis vnius.

VTILITAS ſumma in obſtructionibus contumacibus, hinc paſſim præſcribitur in melancholia hypochondriaca, in qua

vſitatè

vſitatè præſcribuntur pro eiuſmodi iuſculo radic.*petroſel.cichorij,gram.aſpar*.folia *ceterach, meliſſ. bugloſſ. pinpinell. agrim.* vuæ *corinthiacæ*: aliquando *China* & *lignum ſaſſaphr*. In quauis etiam pertinaci viſcerum opilatione: item & in affectibus pectoris, aſthmate præſertim, ad quæ vſitatè china ferè vſurpatur, cum fructibus thoracicis, in doloribus arthriticis cum ligno *ſaſſaphras*, pallidis coloribus, &c.

Decoctum Galli purgans.

Non differt à ſuperiori, niſi quòd præter dicta adduntur etiamnum cathartica ferè *ſenna,polyp.carthamus*, horum ana ℥ ij. ℥ ij ß. *Agarici* ℥ j. *Epithymi* tantundem, quæ ventri Galli includuntur, præſcribitúrque, fiat decoctum ad ℔ ij. in quo ſacchar. diſſoluitur, ſi volueris, ad ℥ iv. aromatizatúrque etiamnum pro 4.doſibus matutinis, ſingulis menſibus vſurpandis. Eſtque huius *vſus*, & *vtilitas*, præcipuè & paſſim in melancholia hypochondriaca, obſtructionibus viſcerum pallidis coloribus, arthritide, colica; vix autem vſurpatur in aſthmate.

Digitized by Google

Cap. XVI.

DE DESTILLATO *Inſtaurante.*

VBI ægrotantes, propter vires ſum me attritas à morborum vi, longitudine, aut euacuatione inſigni, quoſuis alios cibos difficulter & digerunt, in deperditorum ſpirituum locum reſtituunt, aut etiam alia quæuis cum nauſea recuſant; vires tamen & augeri iuſtaurarique & conſeruari debent, vſitatè hodie paſſim; aqua deſti lata ex carnibus euchymis, & πλυβ:φοις præſcribitur, ex recentiorum inuento. *Ab effectu* deſtillatum reſtaurans *ſiue* inſtaurans, *vt & aliquando, à materia præcipuè vſitata*, aquam caponis *appellant.*

Eſt autē DESTILLATVM INSTAVRANS, aqua deſtillata, ſiue liquor per alembicum elicitus, vi, & facultate carnis, caponum maximè, alimentaria, & medicamentoſa ſimul conſeruarum, puluerum, aquarum, ſuccorum variorum imbutus, ad vires ſpirituſque reſarciendos maximè comparatus.

In hoc autem tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo maximè: *Materia* ex qua, *Diſſoluenda.*

Quod ad MATERIAM, vulgò carnem caponis vnius, vel gallinæ, perdicum duarum, diſſectam, ab oſſibus & pinguedine purgatam

tam, lotamque aqua quadam cardiaca, vt *roſar.* vel *vino albo*, &c. aſſumuut, admiſcentque conſeruas, condituras varias, pulueres cardiacos, auri folia aliquot, & omnia irrorata liquore idoneo, in Balneo Mariæ deſtillant. Sed quia hac ratione vis carnium alimentaria pauciſſima, vel nulla habetur, ideò hic modus etiamnum improbatur, reſque accuratiùs peragitur: quod fiet, ſi carniũ dictarum, vel aliarum , perfectiſſimè & ad putrilaginem vſque decoctarum, expreſſarum deinde, colatum jus aſſumas, in quo poſteà iam dicenda diluas, deſtilléſque.

Materia autem ejuſmodi deſtillati et duplex. *Alimentaria* & *Medicamentoſa*. Quod ad *alimentariam*, ratione *qualitatis*, & *quantitatis*, etiamnum vſitatè capo optimus aſſumitur, (poteſt & *Gallina* aſſumi) iſque ſolus, vel etiam ipſi vna *perdix* additur, aut *armus vitulinus*: vt & ſi eiuſmodi deſtillatum pro hectico & phtiſico inſtaurando præſcribatur, *caro teſtudinis* nemoralis vnius, duarum, *coxæ* etiamnum aliquæ *Ranarum* vſitatè præſcribuntur.

Hæc materia alimentaria coquitur in aquæ ſ.q. adduntúrque ipſi (pro *medicamentoſa*) variæ ſtirpium partes, (vt vulgò etiam in juſculis condiendis alterandiſque fieri ſolet,) rad. fol. ſem. flor. gratiora ferè odo-

re, ſapore, quæ affectum, cauſam iſtius diſſipationis virium, maximè reſpiciunt, idque doſi ferè Apozematis alterantis, paulò tamen minore, quâ ratione & virium inſtaurationi, & alterationi, ſimul vnâ & eâdem operâ conſulitur.

Vbi omnia ſunt percocta ad putrilaginem, vt carnes ab oſſibus abſcedant colatur iuſculum, reliqua fortiter exprimuntur, & vbi omnia fuerint refrigerata, concreta in ſuperficie pinguedo aufertur.

Seruatúrque iuſculum, *materia propinqua* futura deſtillati, quod comparatur ex huius iuris ℔ iij. iv. aquar. cardiac. idonearum ℥ viij. xij. in quibus miſcentur poſteà conſeruarum, conditurarum idonearum, ℥ iv. v. vj. (aliquando & confectiones aſſumuntur, vt alkermes in ſumma debilitate, vt & Theriaca vbi malignitas, ad ʒ iij. ℥ ß.) puluerem cardiacorum ſimplicium, vel electuariorum officinal. vt diamargar. frigidi ℥ ß. ℥j. vbi minùs pretioſi. Vbi notandum obiter eſt, fruſtrà, *perlas, fragmenta pretioſa, bolum, terram ſigillatam, auri folia*, & ſimilia admiſceri: quandoquidem in eiuſmodi deſtillatione leui, per balneum Mariæ, nullam de ſe vim energeticam ſeu ſpiritum efficacem fundant: cùm & vrgentiore calore vix haberi poſſit, eóque ſicco, hadi-

adhibitâ etiamnum diligentiſsima præpatione. Iſta omnia permixta alembico committuntur, deſtillantúrque poſteà in balneo Mariæ, vt vocant. Obiter nota, quòd ſi ambræ vim, vel moſchi deſideres, hæ ad ℥.v. vj.℈ß. in nodulo ligata, & alembici naſo alligata, eſſe appendenda, vt liquor tranſiens eorum vim ſecum ducat, quæ hâc ratione commodiùs & certiùs habetur, quàm ſi cùm aliis permiſceas. Liquor deſtillatus in ampulla vitrea in loco frigido aſſeruatur.

DISSOLVENDA, licet ea rarius vſurpentur; tamen & aliquando ſucci idonei cardiaci, vt de *limonibus*, in febribus, *granatorum acidorum* vtiliter ad ℥ iij. ℥ V. pro liquoris deſtillati quantitate diſſoluuntur; licet cum iure caponis & aquis cardiacis antè deſtillationem poſſunt permiſceri.

VSVS. Quod ad *modum*, vel per ſe cochleari vſurpatur liquor eiuſmodi deſtillatus, vel in juſculis aliis, aut panatellis diſſolutus.

Quod ad *quantitatem*, ad ℥j.℥ij. ℥iij. aſſumitur.

Quod ad *tempus*, ad lubitum; idque ter, quater, vel ſæpiùs in die.

FORMVLA. R. carnem caponis vnius optimi, vel gallinæ, (vnà cum carnibus aliis, vt dictum, (diſſectam, ab oſsibus vel

pinguedine ſaltem purgatam, pone in olla vernifata cum aquæ ſ.q.coquantur, addendo ſub finem radic.&c.h.e.alterantia, vbi omnia fuerint ad putrilaginem cocta, colêtur, exprimantur fortiter, pinguedine omni ablata, cape de hoc iure ℔ iv. ℔ v. cui adde (conſeruas,&c.)deſtillentur omnia in Balneo Mariæ, liquor exceptus reponatur in ampulla vitrea in loco frigido, de quo capiat,&c.per ſe ex cochleari,&c.

VTILITAS eadem quæ analepticorum, ad vires nempè, ſpiritus ſubitò inſtaurandos reficiendóſque, à morbi diuturnitate & inedia, vel vacuatione nimia abſumtos exhauſtóſque: partium nobilium robur languidum recreandum: in quibuſuis affectibus ſiue cordis, ſiue partium aliarum, non tantùm calidis ferè vſitatum, ſed & frigidis, vulgaribus, malignis, febribus continuis, hecticis, phtiſicis.

In ſumma, vbi vires effœtæ admodum & languidæ, quæuis alia alimenta ad vitæ conſeruationem non poſſunt digerere, reſarciri tamen volunt ſubitò: vndè & deſtillata eiuſmodi reſtaurantia ad vires recreandas, & ſpiritus reparandos potiùs, quam ad nutriendum firmiter & ſolidè comparata.

C a p. XVII.

DE IVSCVLIS.

SÆpiùs etiam Medicis iuſcula præſcribenda hoc fine, vt alterando ſimul nutriamus, & vis medicamentorum hac ratione hauriatur auidiùs à partibus ipſis, ſub ſpecie alimenti, atque ipſis minùs ſint moleſta.

Sunt autem vel Alterantia, vel Reſtaurantia.

Alterantia variè fiunt, pro ſcopo Medici: cum pullo ſæpiùs, vt Monſpelij vſitatiſſimè iuſculum pulli, alteratum foliis hepaticis, & radicib. etiam frigidis in febribus. A Medicis minutim non præſcribuntur, imperatur tantùm, vtatur iuſculo pulli alterato foliis talibus, &c. duobus, tribus, quatuor, manè vel etiam circa veſperam: in calidis morbis maximè vſitata.

Reſtaurantia, ad vires inſtaurandas comparata, quæ aliàs ab actionis modo & conſumptione *conſummata* appellantur. Fiunt ex gallinâ pingui, (vel capone exenterato,) quæ in partes minutas conciſa, in olla verniſata, vel alembico concluſa accuratè, ne quid expiret, coquitur in Mariæ Balneo ad putrilaginem, colantur omnia, ſuccus exprimitur, ab eo pinguedo ſeparatur, aſſerua-

turque in ampulla vitrea ad vſum, in loco frigido. In hoc iure aliquando & paſſim alia diſſoluuntur, in eius nempè libris ſingulis, vini albi, ſi ſcopus ferat, vel ſucci cardiaci, aut liquoris idonei ℥ iij. ſacchari ℥ ij. cinnamom. & confect. alkermes ʒ j. Feruent omni[illegible] dum ſaccharnm diſſolutum fuerit, colautur, ſeruantur ad vſum. Fruſtrà qui auri folia, & ad pompam ſine fructu, in eiuſmodi conſummatis iuſculis vſurpant.

VSVS qui deſtillati. VTILITAS eadem, niſi quòd eiuſmodi conſummata ſint πολύτροφα, & ſolidam ipſam ſubſtantiam copioſè reſarciant, nutriántque.

LIBRI

LIBRI PRIMI

SECTIO II.

DE FORMIS MEDICAMENTORVM MOLLIBVS.

CAP. I.

DE BOLO.

BOLVS eſt forma medicamenti, mellis ferè conſiſtentiâ, paulo craſſiore, ad purgandum vel alterandum comparata: & quòd ſit fruſtum medicamenti, quantùm ferè bucca capere poteſt, inde nomen habetur.

Eſt autem bolus triplex, purgans ſcil. & alterans, atque roborans.

Bolus Purgans.

Bolus purgans quid ſit, & quenam ipſius differentiæ ex purgandorum humorum varietate deſumendæ, ex ſuperioribus in Apozemate enarratis ſatis patet.

In eo autem tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE, *Materia ex qua* maximè,

maximè, in qua conſideratur *qualitas*, & *quantitas*.

Quod ad *qualitatem* MATERIÆ, *in genere* componitur ex catharticis ſimplicibus & compoſitis, vt puluere aliquo purgante, ſimplici vel compoſito, & ſaccharo.

Quod ad *quantitatem*, bolus ʒ vj. in genere, aut ℥j. non debet excedere: raro enim ad ʒx. præſcribitur, niſi cõſtet ex leuioribus.

In ſpecie verò quod ad *materiam*, componitur bolus purgans.

1. *Vel* ex *Caſſia* ſola, quæ ferè baſis boli eſt, (aut pulpâ etiam *tamarindorum*, in bilioſis maximè;) licèt præſtet ex caſſia & alio purgante ſimul, opiata ſcilicet, aut electuario ſolido, componere, vt ſtimuletur nempè vis ipſius purgans, quæ leniens ferè tantùm eſt, ne diutiùs aliàs in inteſtinis moram trahens ipſa afficiat, & tunc quod ad *quantitatem caſſiæ* ʒ ß. ʒ vj. opiatæ verò, vel tabellæ purgantis ʒ ij. ʒ iij. plùs minùs præſcribuntur; examinando nempè doſes cautione, quam ſuprà notauimus; vt ſiue 2. 3. miſceantur cum caſſia, doſis tandem completa habeatur.

Nota; vſu eſſe receptiſſimum in renum & veſicæ affectibus, bolum ex iam dictâ caſſia *vt baſi præſcribere, ad* ʒ vj. *cui addatur* Terebinth. *lotæ in* aqua violar. parietar. ʒ ij. *cum pulu.* liquirit. *&* ſacchari *ſufficienti quantitate; in quem finem* etiam

etiam ſæpiùs ſola Terebinth.*præſcribitur,vt infrà addito nonnunquam rhabarb.* ℈ j.

2. *Vel* ex opiata purgante officinali, quæ *vel* ſola præſcribitur,doſi & quantitate, quã ſuprà in potione, & infrà definiemus : *vel* vna ipſi additur tabella, vel elect.ſolidum purgans, hac doſi,vt iſta ſimul iuncta doſin completam conficiant; hac verò proportione,vt opiatæ paulò plùs præſcribas.

Nota inſuper,aliquando his duobus iunctis, vel opiatæ ſoli addi puluerem purgantem, eúmque aut ſimplicem, vt *Rhab. mechoac.*&c.à ℈ ß.ad ʒ ß. aut compoſitum, vt *Diaturbith*, à ℈ ß. ad ℈j. prout cætera maiore quantitate fuerint præſcripta:vel etiam aliquando non purgantem,ſed vel dirigentem, corrigentem,corroborantem ad ℈ ß.

3. *Vel* ex tabella,ſeu electuar.ſolido, eóque *aut* ſolo,doſi ſuprà in potione & infrà dicenda,cum ſyrupo & ſaccharo, *aut* addita aliquando opiatá, vel puluere purgante, vt iam dictum.

4. *Vel* quod rarum, ex ſolo puluere purgantium ſimplicium & compoſitorum ſyrupo & ſaccharo excepto. Sed hæc ratio minùs accepta.

5. *Vel* (quod iboli purgantis nomen vix meretur,& in affectibus renum, veſicæ maximè vſurpatur,) *ex terebinth.* lota *aqua viol.*

&c.ad ℥ ij.vel ℥ iij.cum *puluer. liquirit.* ℈j.

VSVS. Quod ad *modum*, deuorando quidem,ſeu degluciendo aſſumitur,quod commodiſſimè fiet ex cochleari, cum ſyrupo idoneo;grato tamen.

Quod ad *quantitatem*, ſuprà definita.

Tempus verò exhibendi manè eſt, more aliorum catharticorum.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

Vbi quidem caſſia aſſumitur. R. medullæ caſſiæ recenter extractæ, (& aliquando additur,in vapore decocti alicuius,V.G. *hordei*, *liquir. malv.* pro renibus,) vel pulpæ,vel floris caſſiæ, &c. cum ſaccharo fiat bolus.

Si ex opiata. R. &c. cum ſaccharo fiat bolus.

Vbi autem bolum ſicciora conſtituunt, vt tabell. & pulu.copioſi, ità vt boli formâ cohærere poſſe non videantur, dicitur. R. &c. humectentur cum tali ſyrupo, & cum ſaccharo in boli formam reducantur, quem ſumat,&c.

Vbi verò bolus ex *tereb.*R.*Terebinth.* lotæ, &c. F. boli, qui nebulis inuoluantur, & ex cochleari cum ſyrupo idoneo, vt *capill. ven. violar.*&c.deuorentur, manè iij. iv. horis antè prandium, idque vſitatè per triduum.

VTILITAS eadem quæ potionis exiſtit, vbi

vbi nempè vitium in inferiore regione, aut partibus vicinis exiſtit. Priuatim verò bolus ex caſſiâ in affectibus renum, veſicæ vſurpatur, & in aliis affectibus, in quibus leuiter agendum, ac leniendum ferè tantùm.

Bolus roborans.

In eo tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, ratione *qualitatis*, comparatur.

1. *Vel* ex conſeruis officinalibus & puluere, qui vel electuarij alicuius officinalis, vel alius aromaticus, vt *cinnã*. V. G. cũ *ſacchare*.

Nota, aliquando vnâ cum conſeruis dictis confectiones cardiacas aſſumi, vt *Alkermes*, de *Hyacyntho*.

2. *Vel* ex confectione officinali ſola corroborante.

Quod ad *quantitatem*, bolus *in genere* ℨ iij. ℥ ß. vix excedit.

In ſpecie verò quantitas, doſis, & proportio *primi modi*, hoc eſt, vt

Conſeruarum ſint ℨ iij. ℥ ß.

Pulueris ℈ j.

Confectionis, ſi admittatur, ℈ j. ℨ ß.

Secundi verò *modi*, confectio nempè, præſcribetur ad ℨ j. ℨ j ß.

VSVS. Quod ad *tempus*, ſolet quidem præſcribi poſtridiè medicamenti purgantis, duabus horis antè prandium vt paſſim, vel etiam aliàs horâ commodâ, ad roborandum ſimpliciter, nullâ purgatione prægreſſa.

Quod ad *modum*, deuorando ex cochleari, ſi volueris, cum ſyrupo, ſuperbibendo parum vini diluti, vel liquoris alterius pro ſcopo.

FORMVLA PRÆSCRIB. R. &c. cum ſaccharo fiat bolus, quem ſumat, &c.

VTILITAS ex titulo ſatis patet. Vide potionem cardiacam. Vſitatè autem & paſſim poſt præſcripta medicamenta purgantia vſurpantur, ad confortandum tùm ventriculum, tùm partes afflictas & à medicamentis, & à morborum vi, tùm etiã ad corroborandum ſimpliciter, nullâ præcedente catharſi, quotieſcúnque vires quacunque de cauſa debiles & fatiſcentes illud ſuadent: tùm & alterandum etiam quouis modo & roborandum tamen ſimul: ſic ad fluxum alui vtiliter, ſumuntur eiuſmodi boli.

CAP. II.

DE OPIATA.

VETERES *medicamenta, quæ opium, aut alia narcotica in ſui compoſitionem admittebant,*

bant,proprio vocabulo iure opiata vocabant,hodiè abuſiuè medicamenta, quæ etiam ſine opio comparantur,ad roborandum, alterandum, purgandum, opiatas vocant impropriè, idque ſolùm propter conſiſtentiam quâ efformantur, theriacæ, & aliis eiuſmodi opiatis ſimilem.

Vocant aliàs rectiùs electuaria, quod cùm hodiè,vſu recepto,ſit duplex,ſolidum,quòd aliàs tabellam ſeu tabellas vocant: molle, hoc aliàs opiatam nuncupant,vtrumque Græci antidotum, licèt hoc nomen ad purgationem non extendatur, vt opiatæ noſtræ appellatio.

Eſt autem OPIATA medicamentum conſiſtentiâ ſyrupo craßiore,& difficulter fluidâ, (theriacæ veræ opiatæ ſimili,) ex rebus variis,melle aut ſyrupo exceptis, in vſum diuturniorem ad purgandum,alterandum,roborandum, comparatum.

Hinc duplex exiſtit: Purgans & Alterans, ſeu Roborans.

Opiata Purgans.

Quid ſit (& ipſius differentiæ) ex Apozemate & potione purgante repetendum.

Duplex in præſentia recenſenda: Magiſtralis, & Officinalis.

Magiſtralis quid ſit, vide in ſyrupo purgante.

In hac autem tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, comparatur.

I. *Vel* ex pulueribus ſolis, exceptis ſolo melle, vel ſyrupo, aut vtroque ſimul.

Puluercs autem paſſim vſitatè deſumuntur ex catharticis ſimplicibus, (aliquando & ſi ſint in vſu ex ſpeciebus electuariorum purgantium) cum ſuis corrigentibus idoneis, ſimplicibus, compoſitis, vt & dirigentibus.

Quod ad *quantitatem*, pulueres eiuſmodi purgantes debent præſcribi pro numero doſium & vſus, in quem opiatam purgantem exoptas: vt ſi pro vj. vicibus opiatam exoptes, ſex doſes purgantes in ſubſtantiâ præſcribas additis correctiuis. Quod ad quantitatem verò excipientis, mellis vel ſyrupi, vulgò malè q.ſ. præſcribunt, vt notatum in ſyrupo purgante: vt enim ibidem dictum, horum quantitas definienda. Propoitio autem ad puluerem debet eſſe tripla vel quadrupla, eáque expreſsè eſt definienda, vt ſis certus de doſi.

Nota obiter, quòd vbi *Caſſia*, & alia, quæ habent conſiſtentiam mellis, admittuntur, pro melle excipiente haberi.

II. *Vel* cùm hodiè raro ex pulueribus ſolis præſcribantur, vſitatè iam conficiuntur ex opiatis officanalibus purgantibus, addi-

tâ ſimul *caſſia*, vbi leuius agendum, eſt, vel etiam ſimul addito electuar. ſolido purgante officinali, vt &, ſi volueris, pulue re ſimul cathartico cum correctiuis iam ſæpius dictis, quæ omnia ſyrupo idoneo ſunt excipienda.

Hæc autem eorum proportio.

Opiatæ ℥ j. habeat pulueris à ʒj. ad ʒ ij.

Ferè autem opiatarum eiuſmodi ℥ iv. præſcribuntur. Syrupi doſis relinquitur indefinita. Paucus enim requiritur.

3. *Vel* ex purgantibus ſimplicibus mollioribus ſolis, vt *Caſſia*, *Tamarind. Manna*, *pulpa prunorum*, *paſſul ſebeſten*, additis, corectiuis, cum tantùm lenire volueris, vel ſi inſuper purgare magis, additis pulueribus purgantibus ſimplicibus, proportione iam dicta.

4. *Vel* ex ſimplicibus illis lenientibus, opiatis officinalibus, pulueribus purgantibus, cum ſyrupi proportione iam dicta.

Officinales vſitatiores.

Catholicon. o.
Diacaßia .b. m.
Diaprunum ſimplex. b.
Diaſenna, ſeu.
Electuar. lenitiu. m.
Hiera picra. p. b. quæ omnes obiter etiam leniores.

Diaprun. ſolut. b.
Elect. de pſyll. b. m.
Diaphœn. p. & bilem.
Benedicta laxat. p. & ſeroſ. humor.
Confect. hamech. b. m.

Minùs vſitatæ.

Elect. Meſuæi. b.
Triphera perſica. b. m.
Indum minus. p. b.
Hiera Pacchij. p.

VSVS OFFICINALIS.

Quod ad *modum*, vel per ſe ſumitur forma boli, vel liquore idoneo formâ potionis, quam ſuprà vide.

Quod ad *tempus*, manè more catharticorũ.

Quod ad *quantitatem* ſeu doſin, res ſic ſe habet:

DOSIS	infima,	media,	ſumma.
Diaſebeſten.	ʒ vj.	℥ j ß.	℥ ij.
Diapr. ſimplex.	℥ j.	℥ j ß.	℥ ij.
Diap. ſolutiuum.	℥ ß.	ʒ vj.	℥ j.
Elect. roſ. Meſuæi.	℥ ß.	ʒ vj.	℥ j.
El. de pſyllio.	℥ ß.	ʒ vj.	℥ j.
Diacatholicum.	ʒ vj.	ʒ x.	℥ ij.
Tripher. perſica.	℥ j.	℥ j ß.	℥ ij.
Diaphœnicum.	ʒ ij.	ʒ iij. ß.	ʒ vj.
Indum minus.	ʒ ij.	ʒ iij.	ʒ v. ℈ ij.
vel	ʒ ij ß.	ʒ iij. ℈ ij.	ʒ vij.
Bened. laxat.	℈ iv.	ʒ ij. ß.	℥ ß. ℈ ß. [vel ʒ v.

VSVS MAGISTRALIS.

Quod ad *modum*, & *tempus* vtendi, vt officinalis.

Quod ad *quantitatem*, in genere etiam vt officinalis, in ſpecie verò non poteſt definiri, niſi ſupputatis doſibus catharticis, vt diximus aliàs, perpenſo deinde totiùs opiatæ purgantis pondere. Tota enim tandem moles ipſius in tot partes, quot ſunt doſes catharticæ, diuidenda.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI. R. &c. cum ſyrup. aut mellis ſ. q. quæ tamen definienda, vbi ſis certus de doſi, tripla nempè vel quadruplâ, fiat opiata, de qua ſumat, &c. per ſe in forma boli, vel diluas cum iuſculo, decocto, vel quouis liquore idoneo, idque ſingulis quindecim diebus, præmiſſo clyſtere pridiè.

VTILITAS eadem quæ ſyrupi purgantis, & vt hic æſtatis tempore, ſic illa hyemis magis exoptatur: fructus autem præcipuus eſt, vt collectos in nobis vitioſos humores ſenſim, per certa temporis interualla repurgemus, neque cacochymiam eouſque excreſcere patiamur, vt iam morbum parere poſſet; vtiliſſima idcircò in naturis cacochymis, & quæ malâ complexione viſcerum multos excrementitios humores ſolent aceruare, vnde morborum propago &

perennitas,quæ hac arte præcauetur.

Cæterùm,cùm alia ſit leniens, alia purgans electiuè,illa vtendum maximè in affectibus renum,veſicæ, thoracis vſitatè, & ad aluũm mouendam etiam, ac hepatis ardoribus, conſtátque ferè ex *pulpa caſſiæ, tamarindorum, prunorum,ſebeſt.manna*,& pulueribus alterantibus idoneis:notandum inſuper hac forma medicamenti vtendum maximè in iis, quibus æſtuat hepar, quod pilularum vſu magis incandeſcit.

Opiata roborans.

Præter opiatas lenientes & purgantes, præſcribuntur etiam aliæ recenter in rem præſentem à medico,nòn ad corroborandum ſolummodò], & vires inſtaurandas confirmandaſque, quas hoc nomine roborantes appellamus,vt ſuprà dictum eſt, in corroborante; potione; ſed & ad alterandum alio modo in primis, ſecundis, tertiiſque qualitatibus.

In roboranre autem tria conſideranda. *Compoſitio.Vſus.Vtilitas.*

In COMPOSITIONE duo maximè *Materia*,& *Informans*.In vtroque *qualitas*,& *quantitas*.

MATERIA ratione *qualitatis*, vel *humidior*, vel *ſiccior*. *Humidior*, conſerua officinalis, ex qua

qua vt baſi opiata roborans componitur.

Huic aliquando additur, pro ſcopo, conditura etiam officinalis, eaque radic. caulium, fructuum, corticum.

Item &, ſi ſcopus ferat, confectiones dictæ, vt *Confectio Alkerm.* de *Hyacintho*, item *Theriaca, Mithridatium*, &c.

Siccior, quæ perpetuò ingreditur cum conſerua, eſt puluis corroborans, iſque vel ſimplex aromatum, & rerum corroborando idonearum, vel compoſitus, electuarior. corroborantium, vt *aromatici roſati, &c.*

Ratione verò *quantitatis*, quandoquidem totius opiatæ roborantis moles ℥ vj. vij. vel viij. non debet excedere, iam dictorum hæc ferè eſt proportio, vt.

Conſeruarum ſint ℥ iv.

Conditurarum, ſi admittantur, ℥ i ß. ℥ ij.

Confect. ſi admittantur, ʒ ij. ʒ iij. ℥ ß.

Puluerum verò ad iam dicta hæc proportio, vt illorum ℥ j. puluerum habeat ʒ j. ʒ j. ß. ʒ ij. ad ſummum, prout eorum qualitas efficax, vel prout puluis rarus aut pretioſus exiſtit.

INFORMANS ratione *qualitatis*, ſyrupus eſt officinalis idoneus, vel ſyrupus conſeruationis conditurae alicuius appropriatus.

Quod ad *quantitatem*,non exprimitur,dicitur q.ſ.tamen cùm, vt ſuprà dictum fuit, in opiata purgante,debeat eſſe triplus aut quadruplus ad puluerem,definiri facilè poterit.

Obiter aduertendum, vbi materia recenſita vniuerſim præſcribitur, hunc ordinem obſeruari, vt 1.conſeru.2. conditur.3.confect.4.pulueres.5.ſyrupus demum præſcribatur. Item paſſim *Ambarum*, *Moſchum* addi ad g̃. aliquot, & cum *mirobolani* ingrediuntur, numero vnum,duo,vel ℥ß. ℥j. præſcribi.

VSVS. Quod ad *modum*,formâ boli aſſumitur,idque ſi lubeat,& ſcopus ferat,ſuperbibendo momentum vel vini puri,aut diluti, vel alterius liquoris pro intentione, (quò nihil hæreat in faucibus aut œſophago, & deducatur in ventriculum.)

Quod ad *quantitatem*,doſis ʒ ij.iij. ℥ß. plùs minùs,prout à puluerum qualitate,& quantitate,vt & confectionis,opiata validior exiſtit,aliàs peculiariter præſcribitur,de opiata ad magnitudinem auellanæ aut caſtaneæ, pro ipſius facultate,capiatur.

Quod ad *tempus*,per horam,aut duas antè prandium paſsim præſcribitur,ſi ventriculus aut alia viſcera interiora ſint roboranda, idque diebus alternis, quibus à pilulis vſualibus abſtinebit, vt paſsim. Hæc enim duo, pilulæ vſuales & opiatæ corroborantes, in corporibus

corporibus valdè cacochymis, aut viſceribus admodùm intemperatis, alternatim vtiliſſimè imperantur. Poterit & antè cœnam bis in die vſurpari, vbi confortatione maiore opus erit: in affectibus cephalicis poſt prandium, aut cœnam inutiliter non aſſumentur: ſic enim cum ciborū ἀναθυμιάσει vis ſeu ſpiritus medicamentorum vnà facillimè eleuatur: quòd ſi non corroborans; ſed ſimpliciter alterans, vel vacuans per vrinas, aut vterum, vel ad obſtructiones, aut alias intentiones præſcribatur, ieiuno ſtomacho, quò vis ipſius non obtundatur, antè cibum longè vtiliùs præſcribetur.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI. R. &c. cum ſyrupo, &c. fiat opiata, de qua ſumat, &c. h. e. ʒ ij. ʒ iij. vel ad magnitud. auellan. aut caſtan. per horam ante prandium, &c. ſuperbibendo momentum, &c.

VTILITAS ſumma eſt ad robur partibus debilibus afflictis reſtituendum, conſeruandúmq; & vbi diutinâ corroboratione opus eſt in morbis prolixis & chronicis, in quibus vnà pilulæ vſuales præſcribuntur. Horum alternus vſus imperatur. Fiunt & ad alterandum vario modo, vt diximus, varias partes, diuerſos affectus, à diſſimilibus humoribus, in primis, ſecundis, tertiis qualitatibus: item vbi vacuandum ſiue purgandum,

expediendæ obſtructiones,menſes mouendi,calculi conterendi,excludendi,eliminandi,&c.aut vbi vix quæuis maligna arcenda, &c.

Cap. III.

DE ECLEGMATE.

Quod Arabes Loch, Græci, ἔκλειγμα ab ἐκλείχω, lambo, Latini Linctum vocant, omnes à lingendo ſeu ſenſim lambendo, à forma vtendi nomine deſumpto.

Eſt autem medicamentum conſiſtentiâ mellis, vel mediâ inter ſyrupum & opiatam, ex variis thoracicis compoſitum, variis affectibus aſperæ arteriæ, pulmonis, pectoris dicatum, quod ore contentum lentore lubrico ſenſim eliqueſcens, vim ſuam bechicam partibus iſtis impertit.

Eſt autem duplex, Officinale & Magiſtrale.

Eclegma officinale eſt	*calidum* incidens & detergens:	ſanum & expertum.
		de pineis.
		de farfara.
		de caulibus.
		de pulm.vulpis.
		de ſcyll.ſimpl.comp.
	frigidũ & incraſſans.	de papauere.
		de pſyllio.

In

In Magiſtrali tria conſiderantur. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, varia exiſtit.

1. *Vel* enim componitur ex pulueribus, liquore, vel potiùs melligine idonea exceptis, formâ opiatæ.

Pulueres iſti ratione *qualitatis*, ſunt bechici pro ſcopo idonei, iiq; vel ſimplices radic. fol. ſem. ſuccor. exſiccator. bechicorum, vel electuarior. thorac. vt *diaireos*, ſoli vel mixti, quibus ſæpiùs, ſi ſcopus ferat, *ſacchar.* vel *penidia* præterea adduntur.

Ratione *quantitatis*, ad ℥j. ferè præſcribuntur, cum excipientis rei quadruplo, vt iam dicetur, ita vt vſitatè eclegma non excedat ℥iij. vel iv.

Excipiens iſtos pulueres ratione *qualitatis*, vſitatè eſt ſyrupus idoneus, aliquando *mel, ſapa*, mucilag. ſemin. conuenientium, gummi-tum, *vinum dulce*, &c. prout feret indicatio; ſed vſitatiùs ſyrupo excipiuntur.

Quod ad *quantitatem*, non exprimitur, dicitur. q. ſ. poteſt tamen ita definiri, vt ſyrupus ſit quadruplus, vel etiam quintuplus. Eclegma enim opiatâ debet eſſe liquidius.

2. *Vel* fit ex decocti, quod vim bechicorum idoneorum, maximè autem folior. fructuum, ſeminum, ebiberit; mucilagine,

cum *ſaccharo*, vel ipſi analogo, *melle*, *ſapa*, additis aliquando puluerib. idoneis.

Quod ad mucilaginem illam extrahendam, præſcribitur primò decoctum ex thoracicis ſua natura mucilaginoſis, hac ratione, vt ſint radic. (licèt rariùs) ℥ ij. ℥ iij. folior. M. iv. v. fructuum maiorum, par. 18. minot. 20. 24. ℥j. ß. ſemin. ℥j. ℥ j. ß. fitque decoctio in liquore idoneo ad putrilaginem vſque, exprimuntur deinde omnia fortiter ex torculari; cum tela noua, traiiciuntúrque.

Recipitur huius mucilaginis quartarium vnum; (ſufficiet namque:) idcircò & ingredientia decoctum, pro illa elicienda, doſi minore præſcribenda: quam enim tradidimus libram ferè dabit. Huic mucilagini additur vel ſacchari ſolius ℥ j. ℥ j ß. vel inſuper pulueris electuar. aut aliarum rerum idonearum, ab ℥ ß. ad ℥j. plus minus pro conſiſtentia mucilaginis:

Vel ex pulpa fructuum, ad ℥ j. puluer. ad ℥ vj. ſyrup. q. ſ.

4. *Vel* ex looch officinarum ad ℥ j. ℥ ij. puluer. ad ℥ ij. iij. ſyrup. q. ſ.

5. *Vel* ex fructibus thoracicis, ſeminibus, ſuccis etiam, ſimul contuſis, cribratis, traiectis, cum ſyrupo, melle, mucilagine, pro ſcopo, exceptis; quantitate & proportione, vt ſint fructuum ℥ ij. ſem. ℥ j. ſuccor. ℥ ß. ſyrup.

ſyrup.q.ſ.& nota, puluerem aliquando addi ad ℥ ß.

6. *Vel* quod vſitatiſſimum, ſimplex ſyrupus pectoralis pro looch præſcribitur, ad ℥ iv. vj. cui inſuper &, ſi volueris, pulueres idonei adduntur, proportione dicta in primo modo.

7. *Vel*, ſed maximè in phtiſicis, ex conſeruis adſtringentibus vt ex baſi, ad ℥ ij. pulueribus variis, ad ʒ vj. ℥ j. ſyrup.q.ſ. poteſt tamen major omnium quantitas præſcribi: quia vſus debet eſſe frequens & quotidianus.

Nota, etiam aliquando præſcribi ex *butyro*, cum *ſacchari* aut *mellis duplo*, in tuſſi & tracheæ aſperitate, cui aliquando adduntur puluer. ʒ iij. ſyrup. q. ſ. & inſuper in materia frigida detergenda, *terebinth.* ℥ j. vel loco etiam inſuper *olei amygdal. dulc.* ℥ i. in pleuritide & phtiſi.

VSVS *officinalis*: quod ad *modum*, ſi ſyrupus tantum præſcribatur, præcipitur, de hoc capiat ſæpiùs ex cochleari, ſenſim lābendo; ſi fuerit eclegma compoſitū, vtatur cum baculo liquiritiæ contuſo, ſenſim etiam lābendo.

Quod ad *quantitatem*, Eclegma non debet excedere ℥ iij. iv. vj. niſi pro exteris præſcribatur: tunc enim etiam ad ℔ j. ſi frequens debet eſſe vſus, excurri poteſt, vt & cùm præ-

ſcribitur ad phitiſin. *Doſis particularis*, eſt cochleare: vel quantum baculo liquiritiæ confuſo excipi poteſt.

Quod ad *diſcretam*, ſæpiùs & frequentiſſime vſurpandum. Looch de papau. ſemel hora ſomni.

Quod ad *tempus*, longè à paſtu, antè poſt cibum, vel etiã quauis hora vrgente neceſſitate: manè, vbi expectorandum, poſt ſomnũ: veſperi, vbi humor fluens eſt incraſſandus.

VSVS *magiſtralis* idem eſt.

FORMVLA. ℞. &c. fiat looch, quo vtatur æger capite erecto, vel potiùs prono ad pectus, vt epiglottis, quæ laryngi incumbit, magis dehiſcat, cum baculo liquiritiæ, &c. vel ex cochleari.

VTILITAS. Præſcribuntur tantum in affectibus pulmonum & pectoris, vt in aſthmate, tuſſi, &c. catarrhis, vitiis tracheæ. Ita vt hodiè imperentur ferè, *vel* ad leniendam aſperitatem ipſius ob humorum acrimoniam, *vel* aliàs oriundam; ex bechicis dulcibus gratis, *vel* ad ſputum facilitandum, attenuando, incidendo craſſos humores ex dulcoa-cidis; detergendo lentos, ex dulco-amaris, his parcioribus; *vel* ad fluxiones in pectus ſiſtendas, incraſſandas ſi tenues, ex viſcidis mucilaginoſis; *vel* ad adſtringendum in hæmoptoe, ex agglutinantibus, & ſiccandum in vlceribus pulmo

pulmonum; ſed cautè; quia ſpiritus viam intercludis. Facilis autem ſpiratio ſit ad vitam oportet.

Cap. IV.

DE CONDITO.

IVNIORVM inuentum eſt, à ſimilitudine cum floribus in conſeruam ſacchari beneficio conditis, ſic nuncupatum.

Eſt autem medicamentum ſuaue, forma medium inter opiatas & pulueres, ex varios roborantibus, ad partium principum robur, & virium inſtaurationem confectum: vnde & reſtaurans ab effectu appellatur.

In hoc tria conſiderantur. *Compoſitio. Vſus, Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, illud comparatur ratione *qualitatis*, ex conſeruis, vt baſi, quibus additur aliquando confect. cardiaca ſemper verò puluis cardiacus, & ſaccharum.

Quod ad conſeruas, ratione *qualitatis*, eliguntur corroborantes & cardiacæ, eæque ſuaues, tùm & ſimul radic. fructuum variæ conditurae, quæ pro vno æſtimantur; ratione *quantitatis*, ℥ iv. ſufficient.

Confectio ſi aſſumatur, cardiaca ratione

qualitatis, vt *de AlKermes* maximè; quia grata; ratione *quantitatis*, à ℨ j. ad ℨ ij.

Puluis ratione *qualitatis*, etiam cardiacus, corroborans, ídque *vel* ſimplex, *perlæ*, *fragmenta* pretioſa, &c. vel ſimplicium cardiacorum ſemin. &c. *vel* compoſitus electuarioſum, quibus pro ditioribus *ambra* annumeratur; quod ad *quantitatem*, pro quâuis conſeruæ ℥ j. pulueris ſint ʒj. ℈. iv. ad ſummum.

Saccharum *album*, vel *roſat. tabulat.* ſeligitur, ídque duplum, triplum ad iſta omnia, vel q. ſ. imperatur.

His omnibus *auri folia* etiam numero vj. addentur, ad ornatum magis, quàm fructum.

VSVS: quod ad *modum*, per ſe vel dilutum vſurpatur liquore idoneo, aqua ſimplici, alia quauis, iulepo, vino, iuſculo.

Quod ad *quantitatem*, ad cochleare. 1. j. 2.

Ad *tempus*, ſi pro facultate animali roboranda, hora ſomni vel poſt cibum, pro vitali, quauis vrgente neceſſitate, pro naturali, antè, cum, poſt cibum.

FORMVLA. ℞. &c. fiat mixtura vel conditum auro coopertum, quo vtatur ad cochleare, 1. &c.

VTILITAS ad robur partium principum conſeruandum, virium iacturam in morbis reſarciendam, vnde conditi vſus analepticus,

cus, naturæ, & viribus conſulens potius, quàm morbo, cuius tamen eſt habenda ratio. Hinc & condita fiunt calefacientia, refrigerantia, aſtringentia, &c. Frequens eorum vſus in melancholia hypochondriaca, palpitatione, phtiſi, ventriculi & hepatis imbecillitate, &c.

LIBRI PRIMI

SECTIO III.

DE FORMIS MEDICAMENTORVM SOLIDIS.

CAP. I.

DE PASTA REGIA, MORSELLIS.

Recentiorum etiam inuentum eſt medicamentum illud, quod conſiſtentia pineolato ſimile, ex variis ſimul ſubactis inſtar paſtæ (vnde nomen) & ſacchare ſoluto liquore idoneo tabulatoque exceptis, conficitur in bolos, vt conſerua roſarũ ſicca, (vnde Morſelli appellatio,) qui ſenſim exſiccati conſeruantur ad vſum, auro aliquando obducti: dicitur autem Paſta regia, *ob eximias vires in affectibus pecto-*

ris, pulmonum, & corporibus extenuatis.

In hac tria etiam notanda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM bifariam fit.

1. *Vel* ſine pulpa animalium, vt iam dicetur, fructibus, ſemin. bechicis & ſaccharo.

Fructus autem iſti ferè, *amygdalæ* excorticatæ, lotæ, maceratæ, contuſæ, *pinei, piſtachia,* etiam lota aquâ idoneâ *violar. roſac.*

Ad *quantitatem* eorum, ℥ iv. præſcribuntur.

Semina ſunt, quatuor frigida maiora vſitata, inciſa, contuſa, quibus, vbi ſomnus conciliandus, & ſemin. *papau. alb. lactucæ*, adduntur.

Ratione *quantitatis*, ℥ij. ℥ij. ß. præſcribantur.

Saccharum ſeligitur album, ſolutum liquore idoneo: quod ad *quantitatem* dicitur q.ſ. ferè tamen debet eſſe duplum.

2. *Vel* ſit iſta paſta analeptica ex carne *teſtudinum nemoralium* lota, cocta in aqua hordei, capite & cauda ablatis, hinc poſteà vocatur teſtudinatum: aut carne, *cancrorum fluuiatilium, caponis, perdicis*, ſolis, vel ſimul additis fructibus dictis, ſeminibus, pulueribus etiam in condito dictis, & ſaccharo ſoluto in aqua roſarum, hac

hac doſi & proportione.

Carnis, ℥ iij. ℥ iv.

Fructum, ℥ iij.

Semin. ℥ j. ℥ j. ß.

Puluerum verò ʒj. reſpondeat dictorum ℥ j. minore tamen quantitate pretioſiorem Sacchari autem dicitur q. ſ.

Additur aliquando *ambra, moſch.* parca doſi, ℥ aliquot, & auro etiam aliàs paſta obducitur.

VSVS. *Modus* per ſe, vel ex juſculis.

Quantitas continua, ſeu *doſis* ad ℥ ß. ℥ j. Morſellus num. i. ii.

Diſcreta, ſæpiùs cum cibo, inter paſtus. *Tempus* expreſſum.

FORMVLA. R. &c, fiat confectio in morſellis, additur aliquando inſtar pineolati. Vtatur.

VTILITAS. Paſta non analeptica vtilis in affectibus pulmonum, pectoris variis, ad incraſſandum, leniendum, detergendum, expectorandum, &c. Analeptica verò in iiſdem, in atrophia, extenuatis, & debilibus ab vlcere pulmonum: nutrit, exiccat, fluxiones incraſſat. Vſus igitur omninò reſumptiuus, affectibus ſimul, vnde illa ἀτροφία & virium proſtratio conſulens.

CAP. II.

DE PANDALEONE.

ARABUM, & iuniorum inuentum, medicamentum eſt pectori & pulmoni dicatum, materia ſuaue, ſine cum eclegmate omninò conueniens, formà tantùm differens, quâ conſentit cum tabellis, à quibus tamen in hoc differt, quòd illæ in figuram certam effingantur, hoc vero quòd, vbi ſaccharum ritè coctum eſt, permixtis ingredientibus infunditur pyxidi, & ibi ſolideſcere permittitur, ac vſus tempore fruſtum aliquod cultro, cochleari, demitur, &c.

Eſt igitur medicamentum ſolidùm tabularum more, pyxide inſtar placentæ conceptum, ex pulueribus, conſeruis bechicis, & ſaccharo ſoluto tabulatoque confectum: ad eoſdem vſus in quos eclegma, inſtitutum.

In hoc autem tria conſideranda. *Compoſitio Vſus. Vtilitas.*

COMPOSITIO bifariam fit.

1. *Vel* ex pulueribus bechicis ſimplicibus, compoſitis, ſolis, mixtis, & ſaccharo liquore idoneo ſoluto, cocto, hac doſi & proportione, vt ſint puluer. ℥ ß. plus minus, ſacchari ſoluti ℥ iv. vel q.ſ.

2. *Vel* ex fructibus, ſeminibus thoracicis, pulueribus

pulueribus electuariorum, ſaccharo ſoluto, hac proportione.

Fructuum ℥ ij. ſem. ℥j. pulueris ℥ iij. ſacchari q.ſ. Nota, conſeruas, aliquando addi, ad ℥ iij. ℥ ß.

VSVS. *Modus*, ore continetur, vt ſenſim eliquetur, & inſtar looch ſenſim deglutiat, vtatúrque frequentiùs.

Quantitas, de hoc cum cochleari vel cultro fruſtum modicum deſumitur.

Tempus idem quod eclegmatum.

FORMVLA. ℞. &c. fiat pandaleon in pyxide idonea, de quo, &c.

VTILITAS eadem quæ eclegmatum, à quibus forma tantùm differunt, & quòd ferè hæc conſtent ex iucundiſſimis.

CAP. III.

DE MASSA PANIS, ET Pineolato.

MARCIPANIS vel MASSA PANIS iunioribus confectio gratiſſima, polytropha, macilentis, pulmonum affectibus pro bellariis conueniens. *Componitur* ex *amygdal. excortic.* ℥ iij. *piſtachior. mundat.* ℥j. Contuſis in mortario marmoreo cum parum *aq. roſ.* addita *ſacchar. albiſſ.* ℔ ß. fiat paſta, hinc pla-

centulæ coquendæ leuiter in furno ad dolorem flaueſcentem & duritiem mediocrem. Alia iucunda addi poſſunt ad gratiam, vt *cinnamomum*.

PINEOLATVM in eundem finem fit, ex æquis partibus pineorum & ſacchari ſoluti. Ex quibus fiunt morſelli, addito moſcho ad gratiam, ſi volueris. Hæc autem ferè ſolent à medico imperari, non præſcribi.

CAP. IV.

DE TABELLIS.

QVod electuarium ſolidum vocant, aliàs Tabella dicitur à plana formà, & quia ſaccharum, ex quo fiunt, coctum & tabulatum, complanatúmque ſcinditur in varias figuras, quadratam, hinc Teſſellæ, & Lozengæ vulgò pharmacopœis, aut quia fieri ſolent in manus Chriſti formam rotundam, hinc & rotulæ, & orbiculi, à rotunditate etiam figuræ, appellantur.

Medicamentum ſolidum eſt è puluere maximè, & ſaccharo ſoluto, coctóque ſuprà ſyrupi conſiſtentiam, atque tabulato confectum: ad alterandum vel purgandum comparatum.

Hinc tabellæ duplices : Purgantes & Alterantes.

Tabellæ

Tabellæ Purgantes.

Definitio & differentiæ vt ſuprà. Sunt autem duplices: Officinales, Magiſtrales, de quibus hic potiſſimùm.

In *Magiſtrali* tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, fiunt ex pulueribus, & ſaccharo ſoluto in liquore idoneo, coctóque ſuprà ſyrupi conſiſtentiam, aliquando & tabellæ purgantes, vel ſpecies electuarior. purgantium adduntur.

Puluis *vel* eſt purgans, ſimplex, *vel* alterans, corrigens nempè idoneus aroma, aut ſpecies electuarij alicuius.

Quod ad *quantitatem*, vt dictum ſuprà in opiatâ purgante, doſes catharticorum maximè ſupputandæ. Quicquid ſit, quandoquidem tota maſſa tabellarum ℥ iv. vel vj. non debet excedere, ſat fuerit puluer. ʒj. ſacchari ſoluti triplum, quadruplum præſcribere; licet vulgò, ſed malè, non definiant.

VSVS. quod ad *modum*, vel per ſe ſumitur, vel diluta idoneo liquore. Vide potiones.

Quod ad *doſin*, Vide opiatam purgantem.

Quod ad *tempus*, manè, vt alia purgantia.

FORMVLA R. &c. cum ſacchari ſoluti in liquore idoneo, &c. fiant tabellæ,

pondere ʒ iij. ℥ ß. capiat,&c.

Sed plerúnque loco magiſtralium ſolent præſcribi officinales tabellæ purgantes, eodem *modo*, *doſi*, ac *tempore* ſumendæ.

VTILITAS eadem quæ opiatæ;ad purgandum.

Tabellæ Roborantes.

Quid ſint, & differentias, vide in potione cardiaca.

Quod ad COMPOSITIONEM,ex puluere roborante vario, ſimplici aromatum, & rerum idonearum, aut compoſitio electuarij officinalis, & ſaccharo ſoluto in liquore idoneo, vt maſſa ʒ vj.non excedat, hac doſi & proportione ſingulorum, vt:

Pulueris ſit vna pars.

Sacchari vj. vel viij.x. prout tabellas validiores,vel debiliores volumus,aut pulueres grati, ingrati, efficaces, plùs minùs exiſtunt;licet ſacchari paſſim q. ſ. dicatur, pulnerum doſis tantùm exprimatur,ad ʒ v. ʒ vj. ferè.

Nota pulueribus hiſce aliquando vtiliter addi confectionem, vt *alKermes*, ad ʒ ij. ex qua ſola etiamnum Monſpelij tabellas iucundiſſimas conficiunt, item & aliquando conſeruas idoneas,ad ʒ iij.

Ad

Ad roborantes referri poſſunt, quæ ſine medicamentis cardiacis, ex variis rebus ad alterandum pro ſcopo comparantur, eodem modo pulueriſatis,& ſaecharo exceptis, eadem doſi:licet poſſint & maiore, ſaccharo triplo tantummodò præſcripto, cuius generis in officinis quamplurimæ, ad varios medici ſcopos ac intentiones, proſtant.

V S V S *roborantium*. Quod ad *modum* per ſe maximè vſurpantur, vel ſolutæ liquore idoneo.

Quod ad *quantitatem*, à ℥j.ad ℥iij. pro ingredientium energia.

Quod ad *tempus* tribus horis antè prandium,vel etiam cœnam,idque poſtridiè purgationis ſi præceſſerit, vel ſi pilulæ vſuales fuerint præſcriptæ, alternatim ſumēdæ diebus alternis, vel aliàs, vbi ſimpliciter roborandum eſt, quouis tempore poterunt vſurpari.

V S V S *alterantium*. Quod ad *modum* idem.

Quod ad *quantitatem*, ad ℥j. ℥ij. ℥iij. pro puluerum facultate & ſcopo.

Quod ad *tempus*, hoc limitabit affectus præſentia; vtiliter tamen vacuo ſtomacho aſſumentur.

VSVS *officinalium*. Quod ad *modum* & *tempus* idem,tùm & *quantitatem*.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

R.

R. &c. cum ſacchari ſoluti in &c. q. ſ. fiant tabellæ ponderis ʒj. ʒiij. quarum vnam capiat, &c.

VTILITAS roborantis, vide ſupra in opiata confortante, vt & alterantis ibidem: quæ obiter etiam paſſim ad defluxiones in pectus ſiſtendas præſcribuntur, ex adſtringentibus & incraſſantibus, quarum etiam vna quod ad vſum præſcribitur, ſæpiùs in ore continenda.

CAP. V.

DE PILVLIS.

LATINIS à paruæ pilæ ſimilitudine dictæ, Græcis ex eo, quod non dilutæ, ſed integræ deuorētur, à καταπίνω, deglutio, catapotia appellātur.

Medicamenti forma eſt ſolida, globuli effigie ſphærica, ex pulueribus aliquando & gummatibus, ſuccis, liquore glutinoſo exceptis efformata: ad purgandum maximè, vel etiam aliquando ad alterandum, vel corroborandum comparata.

In præſentia clarioris explicationis gratia, triplices ſtatui poſſunt: Purgantes: vſuales dictæ: alterantes.

Pilulæ Purgantes.

Et ſi pilulæ propriè loquendo ſint cathartlcæ, quia tamen in varios vſus comparari poſſunt, & quia, quæ purgant, faciunt id vel efficaciter, vel debiliter,

ac corroborando potiùs, *has* vſuales *cum vulgò, illas* purgantes *appellamus, quæ à medico rariùs præſcribuntur*, *cùm officinalibus harum loco vti ſoleant, tamen eorum conficiendi ratio poſteà patebit.*

Sunt autem vel Officinales : *vel* Magiſtrales. Officinales *vel* non purgant, *vel* purgant.

Non purgant *pilulæ de Bbellio*, *cynogloſſo: bypoglottides albæ, nigræ, quæ tamen obiter huc non ſpectant.*

Purgantes *vel ſunt* vſitatiores, *vel* non.

Vſitatiores *ſunt*, *aureæ b. alephangina*, *b. p. aggregat. b. p. ſine quibus*, *o.b. agaricæ*, *p. cochiæ*, *p. lucis maiores*, *p. aq. hermodactyl. p. aq. Indæ*, *m. p. fœtidæ maiores.*

Minùs vſitatæ *ſunt, de Rhabarb. b. aſſaieretb*, *b. eupatorio*, *b. imperiales*, *b. Ruſi*, *b. de biera*, *b. p. arthriticæ*, *b. p. Arabicæ*, *p. de 5. myrobalan. b. p. m. maſticin. p. de aloë*, *ſagapen. ſarcocoll. antè cibum*, *p. b. ſtomach. de fumaria*, *m. lapide lazuli*, *m. p. b.*

Magiſtrales. Quod ad COMPOSITIONEM, conficiuntur.

1. *Vel* ex puluere idoneo, liquore etiam idoneo excepto.

Puluis eſt ratione *qualitatis*, tùm catharticum ſimplex, ita tamen vt *aloë*, (quæ baſis omnium pilularum eſt,) ſemper ingrediatur, tùm corrigens idoneum atque dirigens, vt in opiata purgante.

Nota

Nota, Lachrymas gummi, vt *ammoniac. opopanax* addi poſſe.

Quod ad *quantitatem*, pulueris ℥j. ſufficiet, rarò ℥jß. qua quandoquidem doſis pilularum ſit ʒ j. in viij. vices purgando, atque in ſemeſtre ſufficiet. Huius verò pulueris duæ partes ſint veluti purgantes, vna corrigentium.

Liquor excipiens ratione *qualitatis*, poteſt eſſe ſapa, ſuccus idoneus, mucilago, ſæpiùs *mel* coctum deſpumatúmque, paſſim verò & vſitatè ſyrupus aliquis idoneus.

Quod ad *quantitatem*, dicitur q. ſ.

2. *Vel* quod erit efficaciſſimum, extractorum more decoquantur purgantia; præſcribantúrque ad ℥ iv. vj. cum ſuis corrigentibus, in liquore vel ſucco idoneo more Apozematis: facta deinde forti expreſſione & colatura in huius vnciis vj. vij. viij. diſſolue in Balneo Mariæ, *aloës ſuccotrinæ* ʒ vj. ℥j. pro diutino vſu, deinde coagula ad mellis conſiſtentiam, addatur poſteà puluis idoneus corroborans, ad ʒ ij. vt & *ſcammoneum*, ſi ſcopus ferat, quandoquidem non decoquitur, ad ʒ i. ij. iij.

VSVS *Officinalium*. Quod ad *modum*, deuorantur.

Quod ad *quantitatem*, validiores, à ℈j. pueris, ad ʒ j. viris & adultis: vt ſunt, *aureæ*, *cochiæ*, *fœtidæ*

fœtidæ maiores, arthriticæ, Indæ, de lapide lazuli, de hermodactylis.

Mediocres à ℈ ij. ad ℈ iv. *aggregatiuæ, ſine quibus, de agarico, de aloë, de ſucco myrobal. de fumaria.*

Leuiores à ʒ j. ad ʒ ij. de *rhabarb. aſſaiereth, alephang. ante cibum, maſticinæ, de eup. Rufi, hieræ.*

Sint verò more vſualium vſurpentur, ℈j. ſß. ſufficiet duabus horis antè cibum, prandium & cœnam.

Quod ad *tempus* manè, vt alia cathartica.

Magiſtralium VSVS. Quod ad *modum* & *tempus*, idem.

Ad *quantitatem*, vide opiatam purgantem.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI. *officinales.* R. &c. i. e. maſſæ pilularum talium, &c. *diagridij* ℥. iv. v. (in biliosis & frigidis ſtimuli loco, vt & aliquando trochiſc. alhandali ℥ iv. v. pro pituitoſis, caſtorei etiamnum ℥. v. in affectibus capitis frigidis,) cum aqua tali, formentur pilulæ vj. vij. viij. quæ deauratæ ſumantur ſummo mane, vel etiam poſt mediam noctem, ſi à cerebro debeant trahere, cum cuſtodia, leui cœna præcedente, vel horâ ſomni, ſi pro capite vt cum benigno leuioris cœnæ halitu vis cathartica ad cerebrum feratur.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI *magiſtrales.* R. &c. cum &c. fiat maſſa pilularũ,

quæ oleo amygdalarum dulcium vel aniſi, &c. oblita aluta obuoluatur, reponatúrque in pyxide idonea, capiat de hac maſſa, &c.formentur,&c.

VTILITAS. Inſignis in purgando ab habitu corporis & tertia regione eſt.Hæc forma tunc eligenda maximè,quia diutiùs moratur vis purgans in ventriculo, nec confeſtim prolabitur in inteſtina, hinc per illam moram vberrimè effunditur in peripheriam cum fructu.

Vſus autem earum præcipuè in pituitoſis, minùs in bilioſis,hyemis etiam tempore potiùs,quàm æſtatis,valent etiam in obſtructionibus expediendis ob rationem dictam, præſertim ſi ammoniacum admittant; vix autem in malancholicis: quia ſiccior eorum aluus vix diluitur, niſi ammoniacum etiam habeant,atque tùm vtiliter iuſculi parum ſuperbibitur.

Pilulæ vſuales.

Purgant quidem, ſed ſenſim admodum & potiùs ſunt corroborantes, quarum vſus quandoquidem frequens in hebdomada, eſt, iſque ſine cuſtodia, vſuales ideò dicuntur.

Quod ad COMPOSITIONEM, ex *aloë*, vt baſi, fiunt *ſuccotrina*, ad ℥ ß.ʒ vj. additis

leuioribus

leuioribus purgantibus, *Rhab.agar.*ad ℥j. ℥ij. & corroborantibus ſimplicibus, vt *cinnamomo, gariophyllis, maſtiche* compoſitis elect. ad ℥j.℥ ij.cum ſyrupi *abſynth.*&c.q.ſ.

Nota *ammoniacum* ſolutum paſſim vtiliter addi in obſtructionibus,ad ℥j. ℥ij. & vt *myrrham.*Item, in forma vtiliter præſcribi,*aloëm ſucco abſinthij nutritam.*Item *Rhabarbar.*liquore idoneo,donec molleſcat,irroratum.

VSVS. Quod ad *modum*,vt ſupra.

Quod ad *quantitatem*, & *tempus*,de maſſa præſcripta ſumitur ℥ ß.ex qua formantur pilulæ iv.quarum duas ſumat manè, duabus horis antè prandium, duas alias duabus horis ante cœnam ;bis vel ter in hebdomade: diebus quibus abſtinebit ab opiata corroborante, ſi fuerit præſcripta, aliàs ſine hac admonitione : paſſim enim,vt & ſuprà, vnà præſcribuntur.

Hæc autem FORMVLA. R. cum &c. fiat maſſa pilular.de qua,&c.

VTILITAS ſumma corporibus valdè cacochymis,pituitoſis maximè, quibus ventriculus ſcatet perenni phlegmatis illuuie, vnde manat in vniuerſum varia morborum ſeries : valdè enim corroborant ventriculũ,coctionem iuuant, ſi quid excrementitium in eo expurgant, nec ſinunt noxia vlla accumulari : hinc vtiliſſimè in omnibus

affectibus inde oriundis, meſenterij, vel capitis, hepatis, articulorum, &c.

Pilulæ corroborantes, & alterantes.

Licet omnes pilulæ purgantes propriè eſſe debeant; tamen & ad alios ſcopos hâc forma ſolida medicamenti ſolent & poſſunt componi, ad roborandum & alterandum vario modo in primis, ſecundis, tertiis qualitatibus; vbi medicamentum ſc. volumus diutiùs hærere vel morari, nec tranſire ſubitò, vt vis medica agat efficaciùs in parte in quâ eſt, vel propter eandem moram diffundi etiam liberaliùs poſſit ad alias conſentientes, & diſtribui per occultos & patentes meatus.

Hæ autem vel ore continentur, *neque degluriuntur, vel* deuorantur.

Ore continentur *pilulæ bechicæ à ſphærica forma, (vel etiam lupinari, vnde & has ad trochiſcos paſſim referunt,) & vi inſigni in ſedandâ tuſſi ſic dictæ, vt & ab vtendi modo hypoglottides, vulgò ſublinguales, quòd ſub linguâ, vel ſuprà potiùs contineantur, donec ſenſim hoc pacto liqueſcant, tuſſi & affectibus aſperæ arteriæ, pectoris dicatæ.*

COMPONVNTVR autem ex puluere thoracicorum lenientium, vt *ſucco liquirit. gummi tragacanth. Arabic. Amylo, penidiis, ſacchar. ſem. papau. albi, &c.* ad ℥ j ß. ℥ ij. pro vſus neceſſitate, & longitudine.

Excipitur

Excipitur autem iſte puluis ſufficiente quantitate *mucilag.gummi tragacanthæ*, extractæ in aqua *roſar.* vel *cydonior.* &c. vel etiam cum ſyrupo pectorali.

VSVS & FORMVLA. R. &c. cum mucilag. &c. fiat maſſa, ex qua formentur pilul. hypoglottides, quarum vnam paſſim & ſæpiùs contineat ſub lingua, donec liqueſcat, & ſenſim deglutiatur.

VTILITAS ſuprà ad ſedandum tuſſim, leniendam arteriæ aſperæ & faucium aſperitatem, vocis raucedinem, & expectorationem difficilem.

Huc poſſent referri trochiſci lupinares, ad fluxiones ſiſtendas ore continendi.

Deglutiuntur autem pilulæ roborantes, vel vario modo alterātes, vtiliter in affectibus ventriculi à cruditate flatuum, & partium conſentientium, capitis maximè, ac vicinarum, hepatis, &c. ex roborantibus idoneis, in affectibus capitis idiopathicis idoneæ, ob moram quam trahunt in ventriculo, maximè ſi poſt cibum ſumantur. Sic enim aſcendit ſpumoſa vis. Ita, & conferunt ad affectus oculorum, eorum caliginem ex ophtalmicis, vel dum itur dormitum.

Tales etiam ſunt hypnoticæ officinales, pilulæ de Cynogloſſo, *quales & paſſim præſcribuntur ad fluxiones ſiſtendas, ſimul & abſorbendas, ſomnum etiam conciliandum: huc &* laudanum *iam*

receptiſſimum referri poteſt ad ℥. iv. v. *ad ſummum præſcribendum præſcribuntur etiam ad fluxum alui ex corroborantibus & adſtringentibus, ante,& cum cibo ſumendæ, ad hepatis atoniam, gonorrhæam,renum , veſicæ vlcera , ád calculum, vteri varios affectus , &c.*

COMPONVNTVR autem ex puluere idoneo faciente ad ſcopum & intentiones, quas ſuggerent affectus propoſiti, eóque ad ℥ ß. ʒ v. ʒ vj. præſcripto, qui excipiatur ſyrupo conuenienti.

VSVS. quod ad *quantitatem* , ex maſſæ ʒ j. formantur pilulæ vi. quarum duæ ſemel, bis in die aſſumuntur.

Quod ad *tempus*,manè,veſperi,ante, poſt, cum cibo, vt ſupra dictum in condito.

Quod ad *modum*,deuorantur, & ſi ad partium inferiorum,hepatis,viſcerum, renum, veſicæ,vteri affectus præſcribantur, vtiliter parum liquoris idonei appropriati ſuperbibitur,quò ad iſtas partes vis medica citiùs perferatur cum fructu .

VTILITAS ſuprà ſatis fuit explicata.

CAP. VI.

DE TROCHISCIS.

Alias etiam à forma Græcis κυκλίσκοι *&* ἀρτίσκοι *: Latinis paſtilli, orbiculi, & formæ lupinares.*

Medicamenti forma ſolida duraque lupinorum figuræ ſimilis, ex pulueribus variis liquore exceptis in paſtam, quæ deinde in orbiculos effigiata, exſiccata, aſſeruataque.

Sunt autem vel Officinales, *vel* Magiſtrales.

Vtrique Interni, *vel* Externi.

Officinales interni *vel ſunt.*

Purgantes, *agaricus trochiſcatus, alhandal. de violis.*

Alterantes, vel *ſine opiotheri acali, vt de viperis, ſcyllitici, cypheos, Hedychroi,* vel *cum opio, vt alKeKengi, ad* Ren. Veſ. *carabe* ad vterum.

Cardiaci *Gallia moſcat. alipta moſcat.*

Bechici *ſeu pectorales, albi nigri.*

Aperientes *quales ſunt Diarrhod. ad* Hep. *de Rheo,* Hep. *de eupat. abſynth. de lacca.* Hep. Lien. *myrrha*, Vtero.

Magiſtrales *vt olim fuere vſitatiſſimi, ſic hodiè vix præſcribuntur, niſi ad ſuffitus, ad quos receptiſſimi vt poſteà, vt & ad tuſſim & defluxio-*

nem, quales pilulæ ſubling.*ſuprà. Fiunt & vſitatè ad vlcera veſicæ, renum, ardorem vrinæ, ſanguinis, ſeminis, & alui, ad aſtringendum aperiendúmque, poſſunt & ad corroborandum. In ſumma, loco puluerem efficaciores præſcribi poſſunt, quia vis medica non euaneſcit; ſed aſſeruatur hâc ratione commodiſſimè.*

COMPONITVR autem ex puluere rerum variarum idoneo, liquore etiam conuenienti excepto, permixto, donec pilularum & paſtæ formam acquirat, ex qua deinde orbiculi effinguntur in vmbra ſiccandi, reponendique, charactere ſæpiùs mpreſſo: fiúntque ponderis ℈j.ʒj.ß.ʒij.iij. ad ſummum, pro ingredientium vi & ſumma efficacia. Puluis autem qui aſſumitur, è vegetabilium ſingulis partibus, præſertim quæ pulueriſari poſſunt, necnon & ex gummatibus puluerabilibus, vt *cceraſorum, ſtyrace, gummi tragacanthæ*, ſuccis inſpiſſatis, *Acaciâ hypocyſtide*, ſeligitur.

In ſummâ ex rebus idoneis pulueratu facilibus.

Quod ad *quantitatem*, eiuſmodi puluis ad ℥j.℥j.ß.℥ij. pro vſu neceſſitate, & longitudine præſcribetur: ℥jß. enim aliquando ſufficiet.

Excipiens eiuſmodi puluerem, vel eſt tenue, *aqua, vinum, aqua deſtillata, ſucci herbarum*, vel

vel viſcidum, *mucilago gummi tragacanthæ, Arabici*, extracta cum aqua idonea.

Quod ad *quantitatem*, præſcribitur q.ſ.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiant trochiſci lupinares vel paſtuli ponderis, &c. ſiccentur in vmbra, vſus tempore teratur vnus, duo, pro ponderis ratione, & efficaciæ, ſoluatur liquore idoneo. Vtatur & intra, & extra. Fiunt enim, vt dixi, trochiſci ad vſus tùm internos, tùm externos.

Nota tamen obiter, qui fiunt ad ſuffitum non diſſolui, vt neque hypoglottides appellati: de quibus ſuprà.

VTILITAS iam ſatis expreſſa. Hac enim formâ aptari poſſunt alterantia vario modo, corroborantia. Trochiſci enim potiùs inuenti ſunt ad conſeruandam vim puluerum infractam, quàm quod ſint priuata quædam medicamenti forma. Integris enim non vtimur, ſed ſolutis priùs liquore idoneo, ſi hypoglottides, & quæ ad ſuffitum, excipias.

Hæc autem formæ ratio vtiliſſima, quòd pulueres, maximéque cardiaci, & tenuis eſſentiæ facilè exhalabiles, hâc ratione viribus infractis diù perſtent aduersùs aëris iniuriam, neque exſoluatur facultas, ſed vnica in efficacem energiam conſpiret.

Ad Trochiſcos referendi ſunt
MVSCARDINI.

Paſtilluli enim ſunt, ab odore quem à moſcho habent, ſic dicti, id balitus maximè comparati ſuauitatem, & venereos complexus. Tales extant trochiſci de Gallia efficaciſſimi.

COMPONVNTVR autem, vel ſimpliciter ex *ambræ, moſchi*, ℈.iij.iv. &c. vt volueris, & ſacchari ſoluti in *aquâ roſ*.q.ſ.cum amyli tantillo.

℞ Vel fiunt compoſitiùs, ex puluere rerum aromaticarum ſuauis odoris, vt *cinnamomi, ſantal*.ʒ j. moſchi, ambr. ℈.iij.iv. pro lubitu, ſacchar. &c. fiant trochiſci, quorum vnum teneat ſæpiùs in ore.

CAP. VII.

DE PVLVERE.

PVLVERVM *vſus admodum neceſſarius, tùm vt medicamenta ſolida vel integra in vſum commodiùs venire poſſint, tùm vt aliis remediorum formis faciliùs miſceantur. Quod autem in genere Latini puluerem appellaut, Arabes trifariam nuncupant:* Suffuf, *puluerem quemlibet craſſum:* Alkool, *tenuiſſimum:* Sief, *quorundam*

trochiſco

trochiſcorum attritionem , quæ fit in cote , cum aqua idonea ad affectus oculorum. Eſt autem puluis vel officinalis, vel magiſtralis: de quo nobis ſermo.

Magiſtralis eſt Internus, *vel* Externus.

Internus *alius purgans , corroborans aut alterans exiſtit.*

Puluis Purgans.

Definitio, & differentiæ ex ſuperioribus.

COMPONITVR ex ſimplicibus catharticis, ferè ſuauioribus, additis propriis correctiuis, proportione ſæpiùs iam dictâ.

Quod ad *quantitatem* , ad ℥j. ℥jß. ad ſummum præſcribitur. Et nota, ſaccharum aliquando pro delicatioribus adiungi; ſed doſi parcâ, vel pondere pari, eóque definito.

VSVS : quod ad *modum*, cum iuſculo, vel alio liquore conuenienti.

Quod ad *quantitatem* , doſes catharticorum ſupputandæ.

Tempus manè cum cuſtodia.

FORMVLA. R. &c. fiat puluis , de quo, &c.

VTILITAS ad purgandum. Vide ſuprà.

Puluis Roborans.

Licet ad varias partes corroborandas præſcribi poſſit , pro medentis ſcopo ; tamen ferè ventriculo confirmando, vocatúrque vulgò digeſtiuus, vel cordi, cardiacus dicitur aut Alexiterius: licebit & ad alios vſus, hepar roborandum, inteſtina, &c.

COMPONITVR. I. *Digeſtiuus in genere* ex rebus ſtomachicis, coctionem iuuantibus, flatus diſcutientibus, adſtringentibus.

In ſpecie verò *coriandrum præparatum* ad ℥j. baſis eſt, adduntúrque flatus diſcutientia, *aniſum* ad ℥ß. ʒ vj. corroborantia deinde ſtomachica, ſimplicia, compoſita, ad ʒij. iij. ad ſummum, cum *ſacchar. roſat. tabulat.* q. ſ.

II. *Cardiacus*, vel etiam alias partes roborans, componitur ex ſimplicibus & compoſitis pulueribus, electuar. idoneis ac ſpecificis, ad ℥ ß. ʒ vj. ℥ j. prout vſus debet eſſe longus; ita tamen vt cardiaca pretioſiora minore quantitate, ſubquadrupla, ſubſextupla ingrediantur: & ij vel ſoli præſcribuntur, vel ad gratiam *ſacchar. roſat. tabul.* triplum aut quadruplum adiungitur.

VSVS & FORMVLA. *Digeſtiui* quidem. R. &c. fiat puluis, de quo ſumat cochleare vnum, poſt ſingulos paſtus, nihil ſuperedendo, vel bibendo.

Cardiaci verò, vel *alterius roborantis*, vt hepatici, &c. R. fiat pulu de quo ſumat ʒ j. ij. iij. cum aqua, iuſculo, vel liquore idoneo. Idque manè ieiuno ventriculo, vel aliàs vrgente nececeſſitate, maximè ſi fuerit Alexiterius.

VTILITAS. Expreſſa, ad robur partium principum, & aliarum etiamnum, ventriculi, inteſtinorum, conſtántque ferè ex calidis; tamen eodem roborandi fine ex frigidis appropriatis comparari poterunt.

Huc pertinet alterans vario modo in qualitatibus primis, ſecundis, pro ſcopo ex rebus idoneis, vt qui paſſim præſcribitur ad obſtructiones ex *Chalybe*, additis aperientibus, ad ℥ j ß. ℥ ij. cum ſacchari portione pari, de quo manè cochleare vnum, ſuperbibendo parum vini aut liquoris idonei, aſſumitur. Sic ad calculum & arenulas ex lithontripticis, ad ℥ j. ℥ j ß. & ſacchar. q. ſ. de quo ʒj. ʒjß. cum liquore diuretico; ſic ad partum & menſes, ad aſtringendum, ſanguinis deiectiones per aluum, vterum, veſicam: ad fluxus omnes, & alterandum vario modo, vbi humiditas adiuncta fuerit.

Hæc de puluere interno.

Externus puluis etiamnum aliquando præſcribitur.

Eſtque Medicus vel *Chirurgicus*.

Medicus roborans ferè eſt, qualis etiam ferè tantùm cerebro confortando exſiccandóque deſtinatur, ex rebus idoneis, radic. fol. &c. cephalicis, ad ℥ ij. præſcriptis; addito ſæpè puluere *violaceo*, *Cyprio*, ad ʒj.

℥ j ß. plus minùs. Ferè autem ſumuntur radic.℥ ij.ſem.ʒvj.flor.ʒ iij. aromat.ʒ ij,

VSVS & FORMVLA. ℞.&c. fiat puluis paulò craſſior, quo exſiccetur caput manè, quod vſitatiſſimum poſt lotiones ipſius.

VTILITAS ad cerebrum corroborandum, pituitoſum exſiccandum, abſumendas humiditates ipſius capitis pilorum excrementitias.

Chirurgicus. Varius ferè, à chirurgo tantùm præſcribendus ad vlcera detergenda, replenda, glutinanda: ad vulnera, hæmorrhagiam, &c. Quorum doſis & quantitas præſcribendi pro vſus neceſſitate eſt.

LIBER

Google

LIBER SECVNDVS.

DE REMEDIIS EXTERNIS.

SECTIO I.

DE REMEDIIS COMMVNIBVS pluribus partibus.

CAP. I.

DE EPITHEMATE.

SI vim nominis ſpectes, dicetur in genere omne remedium externum, quibuſuis partibus applicandum. Hodie verò priuato quodam iure appellatur medicamentum, partibus corporis noſtri nobilioribus, cordi, & hepati præſertim, admonendum, ad ipſas alterandas corroborandáſque.

Eſt autem duplex, Liquidum & Solidum.

Epithema liquidum.

Ratio nominis clara. Eſt autem aquæ vel Iulepi inſtar fluidum, ex liquore idoneo & pulueribus cardiacis maximè compoſitum.

Digitized by Google

In hoc tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE, *Materia* ex qua; quæ vel *liquida*; vel *ſicca*, (*puluis idoneus*) vel *media*. In iis conſideranda *qualitas* & *quantitas*.

LIQVOR ratione *qualitatis*, pro baſi paſſim & ferè ſemper aqua deſtillata eſt, parti & affectui reſpondens, eáque vel ſola, vel huic inſuper alia adduntur, ad penetrationem maximè, aut maiorem efficaciam, vt paſſim & ferè ſemper, *vinum album* pro corde, *acetum* pro hepate; ſic & aliquando ad maiorem vim, ſucci fructuum, vt *limonum*, vel foliorum idoneorum.

Liquor aliquando decoctum liquidiſſimum eſt, ex idoneis, ſed rarò.

Quod ad *quantitatem*, doſis epithematis ℔ j. ℥ xv. vnde ſi aqua aſſumatur, ad iſtam quantitatem præſcribenda: ſi verò alia liquida ſimul addantur, hæc proportio; aquæ, ℥ viij. ſucci, ℥ ij. ℥ iij. vini, aceti, ℥ß. ℥ j.

PVLVIS ratione *qualitatis* vel ſimplex, rerum cardiacarum, hepaticarum, lignorum maximè corticum, florum, ſemin. vel compoſitus, electuarior. roborantium, aliquando & trochiſci aromatici.

Quod ad *quantitatem*, pro liquoris ℥ j. puly.

pulv. ℈j. aut ʒ ß. ad ſummum ſufficiet: ita vt ſummarium ad ℥ ß.vel ʒ. vj. ſit præſcribendus: ita tamen etiam, vt ſpecierum electuariorum ʒ j. ʒ ij. tantùm aſſumantur.

MEDIA, ratione *qualitatis*, aliquando, præter liquorem & puluerem, (ex quibus ſemper epithema,) præſcribitur, opiata ſc. corroborans, vel confectio cardiaca, vt *alkermes*, ad ʒ j. ʒ ij. præſcribenda.

VSVS. quod ad *modum*, cum panno ſcarlatino, vel linteo imbuto & leuiter expreſſo applicatur tepidè, & vbi exaruerit aut refrixerit, renouatur, vicibus repetitis, continuando per horæ quadrantem, bis in die.

Quantitas nulla definitur.

Tempus manè & veſperi, ſi affectus frigidus, vel hyems, aliàs ter, quater in die, vbi calidus, aut æſtas, & nota obiter, poſt vſum liquidi ſolidum poſteà vtiliter admoueri, viribus admodùm collapſis.

FORMVLA PRÆSCRIBENDI.

R. &c. fiat epithem. liquidum, in vaſe vitreo reponendum, vſus tempore pannus ſcarlatinus, &c.

VTILITAS. Ferè tantùm fit ad corroborandum; ſed refrigerandum ſimul, rariùs ad calefaciendum; ad hoc enim ſoli-

dum vſitatius : ad intemperies cordis & hepatis maximè calidas,præſcribitur, roborandum ſimul , malignitatem prætereà , ſi quæ ſuſpicio , abigendam : æſtate maximus eorum vſus in febribus.

Nota obiter, liquida etiam eiuſmodi toti pectori poſſe vtiliter admoueri,in febribus ardentibus & hecticis , ex humidis & frigidis aquis , aut decoctis maiori quantitate præſcriptis : item & in capitis ardoribus, phrenitide,&c. Vide oxyrrhodinum.

Aliquando & teſticulis applicanda in ardoribus magnis , ob conſenſum enim cum vniuerſo,& vniuerſus corporis habitus ,& ſanguinis maximè refrigeratur. Hinc & in hæmorrhagia vtiliſſimum. Ad hoc oxycratum ferè vſurpant. Eodem ſine aliquando carpis manuum applicantur refrigerantia, ad æſtum cordis , & interiorum viſcerum, ſic & ad eryſipelata faciei , &c. In ſummâ enim iſta omnia epithematis nomine comprehenſa,poſſunt vtiliter vſurpari parte inflammatâ , aut affectu calido obſeſſa , licet epithema propriè de corde vel hepate audiat.

Epithema ſolidum.

Appello quod inſtar aquæ fluidum non eſt: licet variâ conſiſtentiâ , & molliore etiam præſcribatur.

In

In hoc autem tria conſideramus. *Compoſitionem. Vſum. Vtilitatem.*

Quod ad COMPOSITIONEM vario modo conformatur.

I. *Vel* enim, quod vſitatiſſimum, *opiatæ* forma, ex conſeruis florum, pulueribus electuariorum, rariùs verò ſimplici, & confectionibus ſupra dictis, cum idoneo liquore, aqua deſtillata ſimplici; compoſita, ſucco appropriato, &c.

Quod ad *quantitatem*, in genere ℥ iv. vix excedit; ſpeciatim verò ſint conſeruarum ℥ iij. confectionum ʒ iij. puluerum, ʒj. ʒij. ad ſummum, talis liquoris q.ſ.

II. *Vel linimenti* forma, maximè in cordis affectibus calidis, poſſunt & in frigidis, vt in hepatis affectibus; ex *vnguenti roſac. cerati ſantalini* ℥ ij. conſeru. idonearum ℥ ß. ʒ vj. pulu. cardiac. ʒ ß. ℈ij.

III. *Vel* cum pipione per medium diſſecto, quod vſitatiſſimum, qui conſpergatur deinde ʒ j. pulueris cardiaci elect. aut ʒij. pulueris pro epithematibus ordinariis.

Huc referri poſſunt catelli diſſecti capiti applicandi, in declinatione phrenitidis maximè, aut aliàs, conſperſæ puluere digerente & roborante, ex flor. *roſar. camomillæ, granis tinctorum*, & ſimilibus ad ℥ ß.

VSVS. Quod ad *modum*, ſolidum opiatæ

forma extendatur ſuprà pannum ſcarlatinum liquore idoneo imbutum, ac leuiter expreſſum, ac tepidè regioni cordis admoueatur, idque vel poſt liquidè vſum, vel aliàs etiamnum.

Tempus indifferenter ſe habet, & bis, ter in die poterit renouari.

FORMVLA patet ex compoſitione. R. &c. fiat epithema, &c.

VTILITAS ſolidi opiatæ forma, pro corde, ad corroborandum & calefaciendum maximè, vt & linimenti forma atque cum pipione comparatum: poſſunt & ad cor refrigerandum cum conſeruis & forma linimenti fieri, linimenti forma, hepati præcipuè dicatum eſt ac vtiliſſimum.

In ſumma verò fiunt ad alterandum & corroborandum maximè, vbi vires admodum collapſæ.

CAP. II.

DE LOTIONE.

NOMINIS *ratio & definitio patet: eſt enim priuatum veluti quoddam balneum capiti, pedibus maximè dicatum: vndè & duplicem facio: Cephalicam, & pro pedibus.*

Lotio Cephalica.

COMPONITVR

COMPONITVR ex decocto cephalicorum,in quo duo conſiderantur,*Materia:Liquor*. In hac *qualitas* & *quantitas*.

MATERIA ratione *qualitatis* & *quantitatis*; radic.ad ℥ ij. iij. fol.à M.iv. ad viij. ſem.℥ j.ij. flor.P. iv.

Nota, addi aliquando aromatica,ad ℥ ß. ʒ vj. & vbi ſiccandum valdè eſt, *ſulphur vinum* ad ℥ ß. item & vſitatè vbi caput purgandum priuatim poſt vniuerſalia *folior.ſenn.* ℥j.*agar.albi* ℥ß.

LIQVOR ratione *qualitatis lixiuium* ſarmentorum, vel barbitonſorum vulgare, addito *vino albo*,ſi volueris,& ad vinum etiamnum *aquâ* ad ℥ iv.quod ad *quantitatem* q.ſ. *vini* verò vna pars,vel ana part.æquales.

VSVS. Quod ad *modum*,hoc decocto caput ex alto irrigatur ſub radiis ſolaribus; ſereno & tranquillo cœlo, vel loco calidiore; caput deinde probè exſiccandum cum ſpongiis *aquâ vitæ* maceratis, & ſtupis cannabinis obtegendum, ſuffimine aliquò priùs ſuffitis.

Tempus, manè lauatur, duabus horis antè prandium,aluo priùs exonerata.

FORMVLA. R. &c. fiat decoctio, &c. lauetur caput, &c.

VTILITAS poſt purgationes maxima, ad materiæ coniunctæ diſſipationem, &

abſumendas reliquias, vt paſſim, caput ſimul corroborandum, affectibus ipſius & cerebri frigidis ferè tantùm dicata: fieri etiã ad alios vſus poſſunt, vt ad capitis affectus externos, tineam, furfures, pediculos, ſordes, ex detergentibus acrioribus cum vrinâ & lixiuiò, additis ſemper cephalicis.

Lotio pro pedibus.

COMPONITVR ex decocto ſimplicium calidorum, frigidorum, in aqua vel lixiuio facto, pro intentione. Ingredientia decoctum eadem doſi, qua in lotione cephalica.

Nota obiter, quod ad *qualitatem* materiæ, quandoquidem eiuſmodi lotio vſitatè fit ad ſomnum conciliandum, cephalica frigida eſſe præſcribenda, commodè addi capita *papau. albi* numero iv.

Nota etiam, vbi ſiccandum, calefaciendum, roborandum, vt in affectibus tibiarum œdematoſis, vtiliter *ſal, alumen* ad ℥ iv. *ſulphur. viuum* ad ℥ ij.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat decoctio pro lotione pedum, manè vel veſperi, antè cibum, vel etiam antè ſomnum, ſi fiant ad ipſum conciliandum.

VTILITAS vel ad proprios affectus ipſorum.

rum emendandos,tremorem ipſum, humores ex ſuperis euocandos ex cephalicis calefacientibus: ad laſſitudinem diſcutiendam,vel quòd paſſim in febribus,& æſtuantibus quibuſuis affectibus capitis, cerebri maximè,ad ſomnum conciliandum.

CAP. III.

DE FOTV.

F*Omentum aliàs,eò quod ſuo calore partes,quibus admouetur,foueat,ſic dicitur: omnia enim fomenta ferè calida ſunt effectu, rarò autem frigida.*

Eſt autem duplex. Humidus & Siccus.

Fotus humidus.

Humidus: liquor eſt partibus variis, lintei, filtri, ſpongiæ beneficio applicandus: ad varias intentiones.

Eſt rurſum duplex: Simplex, & magis Compoſitus.

Simplex liquor, pro fotu aliquando vſitatè præſcribi ſolitus, ratione *qualitatis*, eſt *aqua* calida vel tepida, vbi relaxandum in doloribus à tenſione, *vinum*, vbi diſcutiendum,roborandum:*aqua* & *vinum*,vbi vtrúmque ſimul, vel temperatè agendum, *lac* in doloribus;*oleum* commune, vel aliud,vbi

emolliendum ad dolores, digerendum pro ſcopo: *hydrelæum*, *oxycratum*, quò referri poteſt & *oxyrrhodinum* in calidis affectibus, *lixinium ſarmentorum* in frigidis, vbi digerendum, ſiccandum fortiter.

Quod ad *quantitatem*, vſus longitudine vel partis amplitudine definienda. Sic pro oculo ℥iv. V.G. ſufficient, pro ventriculo ℔ j. ℔ j. ß. hypochondriis & abdomine, vel in obſtructionibus, ℔ iij.

Compoſitus fit ex decocto variarum partium plantarum, & liquore idoneo, in quibus conſideratur *qualitas*, & *quantitas*.

Quod ad *qualitatem materiæ*, præſcribuntur rad. fol. fructus ſem. flor. modò omnia ſimul, vbi maior quantitas paranda, modò quædam tantùm.

Quod ad *quantitatẽ*, varia pro partium diuerſitate, pro oculis, verbi gratia, præſcribatur doſi potionum; ſeu quartâ parte Apozematis: ℥ iv. enim ſufficiunt, vel vj. ad ſummum pro ventriculo doſi media Apozematis, aut paulò maiore: pro abdomine integrâ doſi Apozematis.

Liquor, in quo decoctio facienda, eſt *aqua* ſimplex, *aqua* & *vinum* ſimul, *lac* aliquando, vbi leniendum, *lixinium*, vbi digerendum, *aqua fabrorum*, vbi adſtringendum, &c.

pro

pro ſcopo:quod ad *quantitatem*, præſcribitur q.ſ.

Nota, aliquando decocto facto colatóque, varia addi; vt *vinum album* in obſtructionibus viſcerum, ad ℔ j. ℔ j.ß. *acetum* aliquando in lienis affectibus ad ℥vj. vij. viij. ad penetrationem, *aqua vitæ*, pro ventriculo ℥ ij. ℥iij. ad roborandum ſimul; olea idonea ad ℥ iv. ℔ ß. &c. Paſſim etiam in vſu practico id obſtructionibus viſcerum, poſt vſum præſcripti Apozematis ſtatim præſcribi. R decocti Apozematis præſcripti ℔ iij. iv. adde vini, &c. fiat fotus abdominis.

VSVS & FORMVLA. R-&c. fiat decoctio pro fotu, quo foueatur locus affectus, linteo duplicato, filtris ſpongia imbutis, & leuiter expreſſis, vel etiam veſica ſuillá ſemiplena, manè & verò, vel vrgente neceſſitate, calidè per horam dimidiam. vnam: viciſſim vbi refrixerit applicandum:

Nota, in fotu hypochondriorum dici, foueatur regio hypochondriaca, manè 2.3. horis antè prandium, vel etiam antè cœnam per triduum, aut quatriduum, frequenter mutando, ne frigeſiant, præcipitur autem paſſim poſt fotum, pars deinde vngatur tali oleo, linimento, vnguento calidè. *Vſus* autem poſt purgationes vniuerſales, aliàs vrgente neceſſitate.

VTILITAS latè patens, vt nulla ferè pars, quæ vt foueri poteſt, ſic & fructum indè non percipiat, vt & oculis affectis præſcribatur, horum dolori, inflammationi, &c. obſtructionibus lienis, viſcerum, &c. doloribus variarum partium, ad mouendos menſes, colicis, nephriticis, inflammationi, variis tumoribus, cũtim rarefacit, hinc contenta facilè digeruntur, attenuat, reſoluit, tenuia, dura emollit, in halitum digerit, calore blando ſuaui iuuat: hinc ad dolores, laxandum, emolliendum, digerendum ſiccandum, adſtringendum, roborandum, calefaciendum, aliquando & ad refrigerandum, ſed tunc potiùs vſus eſt epithematum, vt in inflammatione bilioſa.

* Fotus ſiccus.

Sic appello ab effectu fotum, ſacculos, qui ad reſoluendum maximè præſcribuntur; vndè & ſacculi diſcutientes vulgò dicuntur, de quibus poſteà.

CAP. IV.

DE INSESSV ET SEMICVPIO.

INTER *fotum & balneum medium, hoc minus, illo maius, cuius vſus, quando fotu tota*

pars

pars tegi nequit, à quo aliàs materia & vtilitate non differt; ita vt ſit dimidium balneum, cui ægri inſident à feminibus, cruribus ac tibiis extrà porrectis, vel etiam ab imis pedibus, vſque ad vmbilicum vel ventriculum; vndè Græcis ἐγκάθισμα, *Latinis Inſeſſio dicitur; & ſi inſeſſio fiat in ſella perforata, hanc quidam Vaporarium vocant, affectibus ventris inferioris, aut partium infernarum dicatum.*

Duplex ſtatui poteſt: Semicupium propriè dictum, & Inſeſſio, quam vocant Vaporarium.

SEMICVPIVM, quòd non ſit integrum balneum; ſed dimidia veluti cupa ſic dictum, COMPONITVR ex iiſdem quibus fotus, doſi Apozematis ſumma duplicata, vel balnei dimidia, vt nihil aduertendum prætereà.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat decoctio, pro ſemicupio, vbi æger inſideat à pedibus ad vmbilicum, manè & veſperi longè à paſtu, exonerata aluo, per biduum aut triduum, prout opus, tepidè ſine ſudore: mora autem ſit in eo per duas horas, & deterſo madore, lecto ſe cōponat, vncto deinde loco affecto, ſi volueris, linimēto idoneo.

Nota, in affectibus ani, vteri, veſicæ maximè, materiam ſacculo, cui inſideat, commodè includi.

VTILITAS eadem quæ fotùs, maximè

autem in affectibus partium abdomine contentarum, aut etiam inferiorum, cùm balneare non audemus corpus vniuerſum, ob varias cauſas:ferè autem & vtiliter ad dolores ſedandos, (quod vſitatiſſimum in nephriticis, ex emollientibus idoneis,) hæmorrhoides tumidas cum dolore, dyſuriam: tibiarum etiam,& coxendicum doloribus ex emollientibus,anodynis, diſcutientibus,veſicæ vitiis, vt vrinæ difficultati eximium, vteri affectibus, intemperiebus emendandis,menſibus mouendis, ſiſtendis, ani vitiis omnibus,ad aluum emolliendam inſigne,ad dolores etiam colicos, &c.

VAPORARIVM,quod aliàs Inſeſſum etiam vocant, paratur cùm non in liquore ſedet æger;ſed vapor(vnde vaporarium, vel ſuffitus dici poteſt)ex ſellâ perforata exhibetur, olla ſubdita, decocto calente idoneo plena, quo frigido aliud inditur.

MATERIA & DOSIS ipſius pro decocto vt in fotu: *quantitate* clyſteris aut paulò maiore præſcribenda.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat decoctio, cuius vapore excipiat ex ſellâ perforata, olla ſubdita decocto iſto plenâ, &c.

VTILITAS tantùm ferè ad vteri & ani affectus, dolore, intemperies varias, hæmor

hæmorrhoides, menſes mouendos vtiliſſimum. Poſſunt & ad veſicæ varia vitia præſcribi. Vide ſuffitum humidum.

CAP. V.

DE BALNEO.

AD delitias olim Romanis vſitatiſſimum, hodiè tantùm ad cuſtodiam ſanitatis & morborum expugnationem. Quid ſit, clarum. Duplex autem eſt: Aëreum, quod Laconicum vocant, de quo poſteà: Aqueum, cùm in vaſe, ſeu cupâ ſedentes lauantur, & dicitur balneum; lotio nempè totius corporis ad affectus calidos ſiccos ferè, rariùs ad frigidos, ad quos conuenientius Laconicum.

Eſt autem duplex: Simplex, Compoſitum.

Simplex fit ex aqua ſola tepida, in hecticis maximè, & vbi marcor emaciatis ſqualidiſque corporibus, quæ benigno madore perfundit, & intemperiem ſimul alterat, cui aliquando *oleum, butyrum, lac* ad maiorem humectationem additur: vt & in nephritico dolore, conuulſione: *lac* ſolum pro ditioribus in eundem finem: *lac* & *aqua, oleum* ſolum in doloribus partium neruoſarum, nephritide, conuulſione à ſiccitate, punctura, vrinæ ſuppreſſione, &c. *hydrelæum* ad eadem, &c.

Compoſitum fit ex decocto, in quo, perpenduntur *materia, liquor*, & aliquando *diſſoluenda*.

MATERIA ratione *qualitatis* & *quantitatis* ſunt, rad. à ℔ iij. ad v. vj. ad ſummum, herbæ 10. aut 12. recẽſitæ, ſingulæ ad M iij. iv. vel priuatim herbarum vj. vij. viij. ana faſciculus vnus: ſemin. ab ℥. iv. ad ℔. j. fructus aliquando idque ad ℔ j. ß. flor. quatuor ana P. iv. vj.

LIQVOR ratione *qualitatis* & *quantitatis*, aquæ dulcis q. ſ. pro balneo.

DISSOLVVNTVR vel adduntur aliquando in decocto facto, vtiliter pro varietate indicationum, quæ dicta ſunt in fotu, doſi triplâ, quadruplâ ſic vſitatiſſimè pro hecticis, *olei, butyri* ana ℔ iij. *vini albi* ℔ iv. vt & aliquando ad finem decoctionis in affectibus frigidis, in quibus rarum balneum.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. fiat decoctio pro balneo, quod ingrediatur manè & veſperi longè à paſtu (vel etiam vrgente neceſſitate, vt in doloribus,) exonerata prius aluo, per biduum aut triduum, tepidè ſine ſudore: mora autem ſit per duas horas, vel pro viribus, & deterſo madore poſt egreſſum balnei vſitatè imperatur, vngatur regio hepatis, renum, vnguento refrigerante.

VTILI

VTILITAS ad affectus externos cutaneos, ſcabiem,ad cutim ſqualidam, pruritum, &c. tùm etiam ad internos vtiliſſimum, & præſertim balneum aquæ dulcis hecticis conuenientiſſimum, emaciatis,humectans ſimul, & intemperiem illam calidam emendans: conueniunt etiam febribus ephemeris, vt paſſim in more fuit Galeno: laxat enim poros,ac aperit, per quos inquinamenta facilè excluduntur: conueniunt maximè ad hepatis æſtum, omnem intemperiem,calidam maximè: in humida enim balneorum vſus ferè obſoletus, vt & ferè in frigida: ſolemne namque Laconicis pro cauſæ continentis expugnatione vti. Fiunt tamen etiam calefacientia ad roborandum, vt paſſim ad conceptum iuuandum ex vterinis: ad menſes mouendos ex aperientibus & emollientibus hyſtericis: ad viſcerum obſtructiones, hydropem, dolores colicos, nephriticos, veſicæ, & laxantibus emollientibus, ad laſſitudinem: ad omnem affectum denique, qui eget refrigeratione & humectatione, vel calefactione, & humectatione ſimul.

CAP. VI.

DE STVPHA, VEL SVDATORIO.

ALIAS apellant Laconicum; quòd eâ Lacones maximè vterentur, vt Balneo Romani, alij Vaporarium appellant: hîc æger nullo liquore immergitur; ſed ſolo vapore calido ſicco, vel calido humido, incaleſcit, & ſudat, vndè nomen.

Stupham autem duplicem ſtatuo: humidam, & ſiccam.

Humida.

Fit cum vapore alicuius decocti, quo conopeum incaleſcit.

COMPONITVR autem erecto cum cupa conopeo, orbe ligneo impoſito, & huic linteis aut ſtragulis.

A vapore autem vario modo incaleſcit.

1. *Vel* enim ſuper lamina ferri diſponuntur 10. 12. lapides fluuiatiles candentes, in quo decoctum dicendum coniiciatur.

2. *Vel* decoctum priùs infunditur; ita tamen, vt æger non tangat, & in hoc ſilices candentes iniiciuntur.

3 *Vel* quod commodius, paratur decoctum in duobus lebetibus, qui viciſſim calentes cum materia decocti in cupam immittuntur.

Decoctum

Decoctum autem paratur ex rad.fol.ſem. flor. idoneis, calidis ferè, cephalicis odoratis,tenuium partium,quantitate,doſi ſumma Apozematum, præſcribendas cum aquæ q. ſ.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat decoctum, cuius vaporem capiat æger ſub conopeo benè clauſo,ſudet ad placitum:bis ingrediatur in die longè à paſtu,aluo exonerata, idque per biduum: mora autem ſit in balneo pro viribus,poſt egreſſum detergatur ſudor,lecto ſe componat, &c. Huius autem vſus hyeme & vere,vt balnei,æſtate.

Sicca.

Talis appellatur,quæ ignis ſolo calore incaleſcit.

COMPONITVR autem, ſeu fit.

1. *Vel* per viam hypocauſti & fornaculi, vt in Germania,& Laconicum vocatur propriè.

2. *Vel* ſilices candentes ſub conopeo iam dicto ſuper laminam ferream diſponuntur.

3. *Vel*, vt hodiè pro lue venerea,ex textura lignea fit,inſtar caueæ cuiuſdam, qua ægri obducuntur, ſtragulæ imponuntur, ſubditis lapillis aliquot igneis,donec ſudor efficiatur copioſiſſimus, præbibito Guaiaci, aut alterius ſudorifici decocto.

VSVS vt aliorum eſt, mora pro viribus, quæ maximè diſſipantur, & vix horæ

quartam partem ferè, vel dimidiam.

VTILITAS. Materiam diffuſam per corpus calefacit, attenuat, cutim laxat, vacuat: valdè valet in affectibus frigidis, humidis, humoribus laxis, hydrope, leucophlegmatia, potenter enim humores liquat, abſumit per ſudores, elicit, obœſis etiam proficua valdè, cacochymis maximè, ſi humorum illuuies circa habitum, vel in venis. In lue venereà paſſim vſurpatur ſicca. Non vtendum niſi vacuato corpore, ſic enim reliquiæ faciliùs per ſudores eliminantur.

CAP. VII.

DE EMBROCATIONE.

PROPRIE non eſt certa forma medicamenti; ſed modus vtendi tantùm, cùm partem nempè liquore aliquo vel oleo perfundimus, idque vel altè diffundendo, vel blandè tantùm fricando. Vtróque enim modo Practici hodiè vſurpant nomen Embrocationis, & paſſim confundunt cum irrigatione: ἐμβρέχω enim ſignificat pluo, irrigo, & immergo. Quicquid ſit, diſtinctionis gratiâ diſtribuemus in Irrigationem ſeu perfuſionem, & Embrocationem.

Irrigatio.

Perfuſio eſt liquoris ex alto, pluuiæ inſtar, in partem

partem aliquam, (maximè in caput) copioſè facta aeſtillatio ex proboſcide vaſculi, à fotu modo vtendi tantùm differens. Aliàs inſtillatio vocatur & Impluuium, vt & Græcis ἐμβροχή.

COMPONITVR autem vario modo

1. *Vel* ex *decocto* variarum partium ſtirpium calidarum, frigidarum, pro ſcopo, doſi lotionis, in aqua, vel vino facto (pro indicatione) ad tertiæ partis conſumptionem: in quo colato adduntur aliquando, ipſius nempè libræ vni, *aceti* vel *vini*, aut *aquæ vitæ*; provt affectus calidus, vel frigidus, ℥ ij.iij.

2. *Vel* ex *oleo* ſolo copioſè irrigato; ſed præſtat linteis immerſis embrocationem facere, in conuulſionibus, & neruis affectis præſertim.

3. *Vel* ex oleo, aqua deſtillata, aceto in affectibus capitis calidis. Vide Oxyrrhodinum.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. decocti ℔ j.ij.iij. fiat irrigatio ex alto, cum gutturnio in partem affectam, &c. Vide Lotiones.

VTILITAS. Calidis affectibus maximè dicatur, capitis præcipuè, cerebri, meningum inflammationibus, idque ſupra ſynciput: tùm & ad ſomnum conciliandum in calidis affectibus, ad peuriligias; etſi hodiè lotio pedum magis ſit vſitata. Vtilis

etiam in febribus præſente delirio. Fit etiam maximè ad affectus capitis calidos: vis enim refrigerandi ineſt maxima; quia ex alto altiùs penetrat: quia etiam perpetuò nouus liquor impluit, & pars refrigerata ſubindè magis euentatur. Poteſt etiam ad ipſius affectus frigidos fieri vtiliſſimè, vt ad lethargum ex calidis. Vide Lotiones, cum quibus hæc irrigatio in materia, doſi, &c. conuenit.

Fieri etiam poſſunt ad aliarum etiam partium affectus tùm frigidos, tùm maximè calidos, quibus præſertim competit, quando ſc. magis volumus refrigerare, vt inflammationum initio ex decocto refrigerante, oxyrrhodino; in eryſipelate ex oxycrato. Fieri etiam poſſunt ad affectus frigidos ex idoneis, ſed rariùs, fotu enim potiùs vtimur, vt & in inflammatione reſoluenda. In fracturis etiam & luxationibus, vbi vincula ſoluere non eſt tutum, tamen dolor vrget, cum *oleo violaceo* vel repellendum cum *roſaceo, &c.*

Nota, ſtillicidium aquarum thermalium huc eſſe referendum.

Embrocatio.

Non ſumitur pro irrigatione hîc ex alto; ſed vt hodiè vſitatum, vel pro blandâ partis frictione cum oleo facta: vel etiam pro lanæ, lintei in oleo, aut liquore

quore idoneo immerſione, & applicatione: ἐμβρέχω *enim ſignificat etiam immergo , vt ſuprà , pluo, irrigo.*

COMPONITVR indè præcipitúrque.

1. *Vel* lana aut linteo (aliàs vocant ſplenium) immerſo (indè nomen Embrocationis,) imbutóque oleo ſolo , vel liquore idoneo partíque impoſito inſtar epithematum , ſæpiùs renouando.

Liquor autem,vel oleum ſolum , vel ſucci ſoli,vel aquæ deſtillatæ ſolæ , vel omnia ſimul,hac proportione:olei ℥ iv. ſucci , aquæ ana ℥ iv.

2. *Vel*,vt hodiè vſitatiſſimè ſumitur embrocatio , pro blanda frictione facta cum oleo idoneo, ſtupis deindè cannabinis; linteo vel cotone , eodem imbutis, vel non imbutis ſuperimpoſitis.

Fit etiã cum ſolo ſucco, vel ex his mixtis.

Doſis autem eorum ſimul , vel ſeorſim, ℥ iv.vj.

VSVS & FORMVLA.R.&c.pro embrocatione , fricetur pars leuiter, tegatur poſteà linteo , cotone , ſtupis imbutis eodem oleo;vel non imbutis.

Vel ſecundum priorem modum.R.&c.intingantur ſtupæ vel lintea , applicentur ſæpiùs renouando.

VTILITAS embrocationis ex oleis,

poſt balneum & fotus frequentiſſima: vtilis etiam ad repellendum in inflammationibus, eryſipelate, phrenitide, vigiliis, capitis doloribus, ad omnes corporis partes externas internas calefaciendas, poſt balnea paſſim, deterſo madore vſurpantur, præcedente ſemper euacuatione. Maximè autem conferunt in affectibus externis.

Cap. VIII.

DE LINIMENTO.

LINIMENTVM, *aliàs litus, medicamentum liquidum eſt, quod extrà illinitur, conſiſtentiâ oleo craſſius, vnguento verò liquidius, ad varios vſus comparatum, cuius baſis oleum eſt.*

In hoc tria conſideranda: *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM, vario modo ex variis conficitur.

1. *Vel* ex oleis, & butyro, liquatis ſimul ſine cera vlla, (quam quidem linimentum non ingredi malè volunt.)

Doſis autem totius linimenti ℥. iv. vj. viij. pro partis & vſus amplitudine. Hæc autem ingredientium proportio: Olei ſint tres partes vel duæ, butyri vna, rarò pondere pari.

NB.

NB. His aliquando, ſi ferat ſcopus, axungias addi & pinguedines, recentes, veteres medullas, mucilagines, vnum, duo, plura ſimul; quæ cùm habeantur pro butyro, proportione etiam ipſius præſcribenda.

NB. etiam, licet rariùs, pulueres addi ad ʒß. pro olei ℥j.

II. *Vel* contra opinionem plurium, qui ceram non admittunt, cum qua commodiſſimè conficitur, fit ex oleo idoneo, & cera, vt olei ℥j. ceræ drachmam habeat, vel, quod vulgò q.ſ. paſſim autem oleor. ℥ iv. vj. præſcribentur, ceræ q.ſ. fiat linimentum, cui & pulris, vt dictum, vſitatiſſimè addi poteſt.

III. *Vel* præſcribitur vnguentum officinale; duplum ad oleum, addito etiam puluere, ſi vis, vt dictum.

In ſumma linimentum ℥ iv. vj. viij. non excedit.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat linimentum, quo illinatur pars affecta, poſt fotum ſi præceſſerit, vt ſæpè fit, vel aliàs.

VTILITAS. Ferè paregorica ad dolores ſedandos, ex intemperie frigida aut calida, ad laxandum denſa, dura emolienda, tumores, laſſitudinem, vnde ἄκοπα veteribus dicta, ad duritiem ſplenis, hepatis, ad laxandas partes, vterum in partu difficili, in calculo, ad inflammationes omnes digerendas,

diſcutiendas. Fiunt & ad calefaciendum, humectandum, ſiccandum; licet vnguenta efficaciora, ad refrigerandum verò vtilior embrocatio.

Cap. IX.

DE VNGVENTO.

ARABES cerata & vnguenta ſæpè eodem nomine vocant vnguenta, & hodiè etiam ſæpè linimenta & vnguenta confundunt; licet propriè vnguentum topicum ſit inter linimentum & ceratum medium, conſiſtentiâ mellis ex oleo, puluere, cerâ, ad varios vſus confectum.

In eo autem tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

Quod ad COMPOSITIONEM in genere, ex tribus maximè comparari volunt, oleo, cera, puluere, hac quantitate, vt tota maſſa ℥ iv. ℔ ß. ℔ j. contineat, pro partis amplitudine, & longitudine vſus. Hanc autem proportionem ſtatuunt, vt *in genere* quidem

Olei ſit ℥ j.
Ceræ ʒ ij.
Puluer. ʒ j.

In ſpecie verò, vario modo ſic conficitur.

I. *Vel* ſine igne ac cera, contra opinionem,

nem,ſola nutritione,ac ſubactione comparatur,vt *vnguentum de lythargyrio*, vel *de bolo*, vocántque nutritum.

Fit autem nutritum eiuſmodi ex oleo, liquore idoneo, puluere.

Oleum vel ſolum ſumitur, pro ſcopo varium,vel ſimul olei analoga, vnum, duo, plura ſimul,adiunguntur.

Puluis ferè & paſſim mineralis vſtus, lotus,&c.de quo poſteà.

Liquor, ſuccus foliorum aliquis,acetum,ſi ferat intentio.

Ex illis tribus conſtat nutritum,quorum doſis aut proportio reticetur ſæpiùs, ferè tantum exprimitur doſis pulucrum,& rectè, V.G.ad ℥ j. ℥ ij. olei verò & liquoris q.ſ. quantum ſc.pulueris poſſint abſumere.

Hæc autem FORMVLA nutriti obiter. R.&c.h.e.puluer. cum olei aut analogorum vno,duobus,&c. q. ſ. agitentur fortiter in mortario marmoreo, cum piſtillo plumbeo,ad vlcera ſenſim affundendo liquorem idoneum,fiat nutritum.

II. *Vel* cum igne, quod vſitatiſſimum in praxi,paratur,quæ ratio eſt receptiſſima & ſimpliciſſima ex oleo(ſolo aut etiam addito analogo,) & cera,illo definito ad ℥ ij. iij. iv.&c.huius verò q. ſ. proportio tamen patet,vt ſuprà.

III. *Vel*, quod erit compoſitius, & more receptiſſimum, & ſtatim initio indicatum, ex oleo, cera, puluere, proportione dictâ, quæ in calidis vnguentis valet, in quibus etiam aliquando pulueris ʒ j ß. pro olei ℥ j. præſcribi poterit. In frigidis verò, vt in *vnguento de tuthia, deſiccatiuo rubro* videre eſt, ℥ j. olei, pulu. ℥ ß contra regulam. Quicquid ſit, in calidis, vt dictum pro ℥ j. olei, pulu. ʒ j. ʒ j ß. ceram indefinitè q. ſ. præſcribatis.

Nota, huic rationi vnguenta aliquando officinalia admiſceri, ad ℥ j. ℥ ij.

IV. *Vel*, quod etiam vſitatiſſimum & efficax admodũ ex oleo & ſuccis, quæ ſimul ad ſuccorum conſumptionem bullierint, hac ferè doſi, vt olei ſint ℥ iv. vj. viij. pro vſu & parte, ſuccorum tantundem vel minùs, quibus additur poſteà vel cera ſola. q. ſ. vel vnà cũ hac puluis idoneus proportione ad oleũ dicta, vel inſuper aliquando & vnguentum officinale ac noc. ij. ſimul adiungetur.

V. *Vel* quod etiam vſitatiſſimum, ex vnguento officinali, puluere, oleo, cera: vnguenti ℥. ij. iij. iv. pulu. ℥ ß. ʒ vj. olei & ceræ dicitur q. ſ. illud tamen ex regula, proportione ad puluerem poterit definiri.

VI. *Vel*, quod vſitatum quandoque ſine vlla alia additione vnguentum officinale ſolùm ad ℥ iv. vj. &c. præſcribitur.

VSVS

VSVS & FORMVLA, vt linimenti: quod ad *modum* tamen, tepidè, calidè, frigidè, pro intentione adminiſtrantur, & ſæpiùs præſcribitur: addatur vnctionis tempore aceti parum, in frigidis maxime ad penetrationem, vt & poteſt in calidis, aquæ vitæ etiam parum addi. *Tempus* vtendi varium omninò pro indicationibus exiſtit.

VTILITAS patens latiſſime eſt, vt ad omnes partes & affectus ſe extendat, qui alia remedia non ferunt facilè, vel vbi etiam efficaciùs operari volumus, quàm cum oleo fieri poſſit: ad alterandum vario modo in primis & ſecundis qualitatibus, emolliendum, digerendum, detergendum, &c.

Aduerſiones.

Nota, circa communem illam regulam, *quâ pro olei ℥ij. ſumũtur ceræ ʒij. pulu. ʒj. vt & Galenus ſtatuit, valere in vnguentis calidis, vt ſuprà, in quibus etiam pulueres ad.* ʒjß. *excurrunt, in frigidis verò vnguentis non obſeruatur in antidotariis, quod pauci aduerterunt, & vnguentis, quæ ad vlcera detergenda, exſiccanda, ad σάρκωσιν, ἐπούλωσιν, quæ conſtant ferè tantùm ex mineralibus, in quibus ſi examines, reperias pro puluer.* V.G. ℥j. *olei* ℥ij. *ceræ* ℥ß. ʒv. ʒvj. *Eiuſmodi autem pulueres minerales paſſim* minium,

tuthia, plumbum, terra ſigillata, bolus, lapis calaminaris; ceruſſa, lythargirum, *quæ duo poſtrema baſin veluti conſtituentia doſi ferè triplâ ad alia præſcribuntur.*

Cæterùm, in vnguenti compoſitione pro oleo cenſentur, ſuntque ipſi analoga, pinguia varia, vt axungiæ, medullæ, butyrum, œſypus, mucilago, mel, terebinthina, & ſimilia; quæ omnia habentur pro oleo: vnde & ad ea cæterorum doſis proportione menſuranda: quòd ſi oleum & analoga ſimul præſcribas, id fit pondere pari, maiore vel minore, ſi volueris.

Circa ceram, *in calidis flaua, in frigidis alba ſeligatur. Illi analoga cenſentur gummata, vt ammoniac. bdellium, myrrha, &c. atque eorum in compoſitione ratio ideò habenda, & obiter aduerte, æſtate plus, hyeme minus iuræ præſcribendum eſſe quàm ferat regula.*

Quod ad pulueres, *ex omni rerum genere, frequentiùs tamen ex vegetabilibus, deſumuntur, ex eorum radicibus, lignis, herbis ſiccis, ſuccis, denſatis, reſinis, & gummatibus puluerabilibus: rariùs ex mineralibus, niſi in frigidis vnguentis, vbi ſiccandum, detergendum, in externis maximè, &c. vt vlceribus. In calidis forſan nunquam: rariſſimè ex animalibus: quia vix puluerabilia: quæ enim ex illis deſumuntur, potiùs liquabilia, vt axungia, medulla, &c.*

CAP.

CAP. X.

DE CERATO.

NOMEN *à Cerâ habet, vocant & Ceroneum; licet vulgò hodiè emplaſtra Chirurgi ſic appellent. Fiebat olim ex oleo & cera tantum. Ceterùm confundunt cum unguento ſæpiùs, vt* Ceratum album refrigerans., Ceratum ſantal. *(quæ ſunt unguenta) Cerata appellentur.*

Propriè tamen medicamentum eſt conſiſtentiâ medium inter unguentum & emplaſtrum, illo durius, hoc mollius.

COMPONITVR autem *in genere* ex oleo, puluere, cera; hac proportione: olei ℥ j. pulu. ʒ j. ʒ j ß. ceræ oncia ß.

In ſpecie verò fit;

1. *Vel* propriè, vt olim, ex cera & oleo, vnde nomen, proportione iam dictâ.

Quod autem Galenus in *cerato refrigerante* pro olei ℥j. ponit ceræ ʒ ij. tantùm, vnguentum reuera facit: vel ſi vis, ceratum liquidius appelles: vocat etiam ipſe ceratum liquidum. Quod autem idem 10. Meth. pro olei ℥j. ceræ ℥ iij. ponit, ceratùmque ſolidum appellat, reuera emplaſtrum eſt, quam formam attendens. Res autem dicto modo ſe habet: pro olei ℥j. ceræ ℥ß. vel ʒ v.

Quod ad *quantitatem* obiter præſcribendi cerati, totius maſſæ doſis, vt in vnguentis, à partis amplitudine, aut vſus diuturnitate definienda ad ℥ viij. ℔ j. &c. & priuato in vſu pro magno cerato, ℥ iij. veluti ſufficient, pro mediocri ℥ ij. pro minore ℥ j.

2. *Vel* magis impropriè ceræ & oleo (ex quibus ceratum veterum) adduntur; 1. vel tantùm analoga ceræ ſolius, olei ſolius, vtriuſque, cautione & doſi ibidem dictis 2. Vel pulueres tantùm adduntur, ex quibus cum oleo & cera Ceratum vulgò fieri diximus, hac doſi: pro olei onc. i. pulu. ʒ j. ʒj ß. aliquando ʒ ij. ʒ iij. ſed tantundem tunc de cera ferè detrahendum eſt. 3. Vel analoga dicta & pulueres ſimul.

3. *Vel* etiam ex emplaſtris officinalibus oleo liquatis, vbi ſcil. illa partes dolentes, aut aliàs affectæ non fuerunt, emplaſtri ℥ ij. iij. iv. &c. olei q. ſ. fiat Ceratum.

4. *Vel* etiam vno verbo fieri poteſt ex his omnibus, ex quibus vnguentum, modò obſeruetur durities, & proportio iam dicta.

VSVS & FORMVLA vt emplaſtrorum eſt, extenditur ſuper alutam, &c.

VTILITAS varia, in genere, ne oleum ſcil. diffluat ſine fructu, aut vis ipſius diſſipetur, vel vbi partes dolẽtes maximè duritiē emplaſtri, quod poſtularent, non ferunt,

vt

vt in fracturis vſitatiſſimè. vel vbi partes molliores ob flexuram emplaſtium non adnon admittunt, vt in hepate affecto, ventriculo, pro quibns fiunt vſitatiſſimè, liene obſtructo, pro vtero, oſſibus fractis, luxatis, viſcerum ſcirrho, hernia, &c. fiunt vbi calefaciendum, humectandum, laxandum, emolliendum-coquendum, digerendum, maturandum: poſſunt & ad ſiccandum, adſtringendum, vix ad refrigerandum, ſic & Ceratum refrigerans Galeni vnguentum eſt.

CAP. XI.

DE EMPLASTRO.

VNGVENTA, Cerata, Emplaſtra, vt materia & viribus conueniunt, ſic differunt maxumè conſiſtētia. eſt autem EMPLASTRVM topicum illis conſiſtentia craſſius; ſed viſcidum, quod linteo alutæ inductum cuti applicatur, & tenaciùs adhæreſcit. Arabes Cerata ferè vacant, Græci veteres Emplaſtra, am ἐμπλάττω, *formo, malaxo, aut ab effectu & vi emplaſtica tenacitque.*

Eſt autem duplex, Officinale, Magiſtrale, de quo potiſſimum in præſens.

Magiſtrale COMPONITVR; vt ſummatim dicam, ex iiſdem, ex quibus vnguentum: oleo, cera, analogis, puluere horum;

aliquibus, pluribus, omnibus, hac proportione, quæ anceps admodum apud authores; qui pro olei ℥j. puluer. ʒ iij. ferè, ceræ ℥ iv. præſcribunt, cùm tamen nullum omninò exemplum reperias. Sic autem habe.

Pro emplaſtro minùs duro, legitimo tamen, olei ℥j. puluer. ℥ß. ceræ ℥j.

Pro duriore, olei ℥ j. puluer. ʒ vj. ceræ ℥ j ß. vt paſſim eſt vſitatiſſimum.

Pro duriſſimo olei ℥ j. puluer. ʒ vj. aliquando ℥ j. ceræ ℥ ij. quòd enim triplum ſtatuunt, audias ſi abſint pulueres: quòd autem quadruplum præcipiunt, non reperies vllum exemplum in antidotariis.

Totius autem maſſa pro vſu, vt ſæpè dictum, definienda; & pro priuato vſu, ſe habet, vt in cerato.

In ſpecie autem fit,

1. *Vel* ex oleo, puluere, cera, vt dictum in vnguento, additis paſſim (ſi ferat ſcopus) quæ maximè viſcida; vt *reſina*, *terebinthina*, *pix*, *gummata*, in quorum doſi & proportione definienda videndum, ceræ ne an olei ſint analoga: ſic facilè æſtimabis. Quicquid ſit, vbi *terebinthina* poterit admitti, quia glutinoſa, quòd requiritur in Emplaſtro, præſcribatur, vt & gummata, ſi ſcopus ferat.

2. *Vel* ex oleis, ſuccis, pulueribus, cera, & huius analogis, ſi opus. Vide vnguenta.

3. *Vel*

3. *Vel* ex emplaſtro officinali, pulueribus, cera, & oleo, atque paſſim *terebinthina* hac proportione, vt emplaſtri ℥jß. ℥ij. præſcribantur, puluer. ℥ ß. ʒvj. ceræ. & olei q.ſ. addendo parum terebinthinæ, vel illis omiſſis præſcribitur, incorporentur cum tereb inth. q.ſ.

4. *Vel* etiam tantùm Emplaſtrum officinale præſcribitur, doſi pro parte, &c.

5. *Vel* aliquando gummata ſola piſtillo calido liquata, extenſa ſuper alutam ad ʒ vj. ℥ j. vt paſſim in ſuffocatione: addi poſſunt puluer. & olea.

6. *Vel* etiam aliquando puluceres rerum idonearum ad ʒ vj. poſſunt præſcribi, qui picis naualis ℥jß. excipiuntur, vel terebinth. q.ſ. addíque etiam poſſunt gummata ad ℥j.

VSVS & FORMVLA. R. cum &c. fiat emplaſtrum, quod extendatur ſuper alutam, & applicetur oleo illitum; vel puluere conſperſum, ſi nolis tenaciùs adhæreat: figura autem ipſius præſcribitur pro partis ratione. Pro capite inſtar literæ T, pro ventriculo ſcuti, pro ſplene oblonga, vtero rotunda, renibus quadrata.

VTILITAS. Inuenta vt vis remedij diutiùs hæreat, nec euaneſcat: vtilia ad corroborandum, calefaciendum, exſiccandum, ad coquendum, maturandum, calorem enim

augent, dum cutis ſpiracula ſtipant; ad digerendum etiam valent,& infixa pertinaciter in partibus per ὁπίσπασιν euocanda: ad duritiès emolliendas, corroborandum, ad vlcera glutinanda, purganda, ſiccanda, cicatrizanda, ad fracturas, rarò ad refrigerandum, niſi ex adſtringentibus & repellentibus, aliquando ad ſiſtendas fluxiones præſcribuntur.

Cap. XII.

DE SPANADRAPO.

TELAM ſic vocant vtrinque emplaſticam, vulgò telam Gualteri, forſan ab autore: nihil autem eſt, quàm linteum vetuſtate detritum, in modum faſciæ effictum, vel aliâ figurâ, immerſum in emplaſtrum liquidius, exemptum, extenſum, deinde, & vbi refrixerit ad vſum læuigatum.

COMPONITVR autem,

1. *V*el ex emplaſtro idoneo liquato, addito, ſi volueris, pauco oleo, ſi durius, in quo tela vetuſta immergitur, &c.

2. *Vel* pro indicatione recenter præſcribitur, idque cùm ferè fiat ad fluxiones inhibendas, & ſiccandum, ex aſtringentibus, *vt bolo, terrâ ſigillatâ, ſanguine draconis, balauſtij, roſis, maſtice,* oleo adſtringente, *myrtino,* &c. *cera:* aut

aut ſi ad vlcera detergenda, ad incarnandum, cicatrizandum, fracturas, ex idoneis pulueribꝰ ſc. oleo, cerâ, analogis, ex quibus hoc emplaſtrum conſtat. Proportio autem horum emplaſtro molliori reſpondeat: ferè autem olei ℥ viij. puluer. ℥ iv. ceræ ℥ viij. ſi analoga dicta admittas, facilè eſt definire. Pannus imbuendus paretur in faſcias latas digitos 3.4. longas debitè.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat ſpanadrap. in brachiis, cruribus, tibiis, fiat inſtar ligaturæ expulſiuæ. His enim partibus maximè accommodantur. Poſſunt & aliis applicari, vt vlceribus quibuſuis; ſed formâ planâ idoneâ.

VTILITAS: ad oſſa fracta ſolidanda, partes roborandas, ad vlcera detergenda, glutinanda, cicatrizanda, ad fluxiones in tibias, &c. maximè vlceroſas, prohibendas, qua ratione intercipientia remedia vocari poſſunt propriè, & pro ligaturis expulſiuis proponi. Brachiis, tibiis, cruribus, & aliis, fluxione, vlceribus affectis maximè dicantur. Huc referri poſſunt telæ medicatæ ad fucum, & ornatum manuum, faciei, gratiam iuuencularum aucupandam ex idoneis. Sic maximè elegans erit, ex *talci læuigati* ℥ j. *olei papau. albi* ℥ iij. *campb.* ʒ j. *borracis* ʒ j ß. *ceræ albiſſimæ* ſæpius lotæ ℥ iij. vel q.ſ.

fiat tela ad nitorem faciei, ad ruborem, eiuſdem & albedibem.

CAP. XIII.

DE CATAPLASMATE

VETERVM Malagma topicum molle eſt pultis ferè conſiſtentiâ ad varios vſus comparatum.

COMPONITVR autem vario modo.

1. *Vel*, quod vſitatiſſimum, ex mucilagine variarum partium ſtirpium, cui adduntur poſteà vel olea tantùm, vel etiam vſitatiſſimè ſimul pulueres hac proportione. Sint mucilaginis ſeu materiæ contuſæ & traiectæ ℥x.℔j.pul.Oncia ij.On.iij.On.iv. olei aut ipſi analogorum ℥ iij. iv. vel expreſſa tantùm analogorum doſi, olei q.ſ. ita vt totum cataplaſma ℔ j ß. non excedat; multò minùs, pro partis & vſûs amplitudine.

Quod ad *mucilaginem*, fit ratione *qualitatis*, ex decoctis radicibus, pinguibus, maximè, vt *althea*, *lilior.*&c. foliis, feminibus, fructibus, præſertim, doſi quod ad *quantitatem* fotus præſcribendis, coquendis deinde in liquore idoneo, perfectè contundendo deinde omnia, traiiciendo per ſetaceum cribrandóque: vel ſummatim, quia cataplaſma

plaſma paſſim poſt fotus præſcribitur, reſidentia decocti facti præcipitur contundenda in mortario, & huius ℔ j. addenda, quæ dicta ſunt. *Pulueres* ratione *qualitatis* ferè leguminum ſunt, *farin. hord. fabar. lini, fœnugræc.* iique ſoli: vel etiam aliarum rerum, vt ad diſcutiendum, *ireos*, *cumini*, *flor. chamomill. &c.* iique etiam ſoli: vel ambo ſimul, *doſi* dicta.

2. *Vel* aliquando ex fructibus maturis, immaturis, vt ſunt *poma*, *pruna*, *cydonia*, *&c.* coctis ſub cineribus, vel in liquore idoneo, ac contuſis, additis pulueribus idoneis, doſi dicta, vt in alui fluxu & dyſenteria cum pulpa cydoniorum, & pulueribus adſtringentibus. Sic ad oculos ex pomo. Vide Collyrium.

3. *Vel* aliquando in alui fluxu, vomitu, ventriculo roborando, cruſta panis vino cerata, toſta præſcribitur, quæ pulueris adſtringentis roborantiſque ℥j. ℥ij. conſpergatur, & ventriculo admoueatur.

Pertinet huc mica panis albi macerata in lacte ad ℔ ß. cui vitelli ouorum numero 2. croci ℥ ß. olei idonei q. ſ. additur, pro cataplaſmate ad dolores.

4. *Vel*, vt Chirurgi, ex pulueribus ſolis adſtringentibus, ad ℥j. ℥j. oui albumine exceptis, quos cum ſtupa macerata in aceto

vel vino, inſtar cataplaſmatis, vulneratis admouent, & Medici in alui fluxibus abdomini applicant.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat cataplaſma, extendatur in linteum, admoueatur. Et nota, quòd antè ipſius vſum vtiliſſimum ſit, partes priùs fouere decocto, ex cuius reſidentia paratum cataplaſma, admouetur autem ſemel, bis, in die.

VTILITAS. Fiunt præſertim ad dolores leniendos in partibus inflammatis & aliis: ad duritiem emolliendam vtiliſſimè, ad humores maturandos, ſuppurandóſque, ad eorundem cauſam digerendam, reſoluendámque; ad diſcutiendos flatus, calefaciunt potiùs, quàm refrigerant, tamen & vſitatè ad repellendum, & humorum fluxiones inhibendas ex aſtringentibus præſcribuntur. Fiunt & vtiliſſimè ad vrinam mouendam, ex *parietaria cum oleo de ſcorpionibus* pectini admouenda: laxant enim; emolliunt, euacuant valdè.

Ad Cataplaſma referenda quoque

PVLS.

A Cataplaſmate differens ferè tantùm, quòd illud vſitatiùs fit ex mucilaginibus decoctorum: hæc

hæc autem ex farinis coctis in Conſiſtentiam pultis vnde nomen.

COMPONITVR autem,

1. *Vel* ex farinis leguminum idoneis ad ℥ vj. coctis in liquore idoneo, quibus adduntur poſteà olea, vel, ſi ſcopus ferat, axungia, aut olei aliquod analogum, ad ℥ iij. vel ℥ iv.

2. *Vel* ex mica panis, vt ſuprà, pro anodyno veluti cataplaſmate & maturante, ibdẽ.

3. *Vel* ex mucilagine idonea cum pũlueribus & oleoſis; ſed reuerà potiùs eſt Cataplaſma. Vide ſuprà.

VSVS & FORMVLA vt in Cataplaſmate.

VTILITAS maximè ad dolores, ad digerendũ, reſoluendum. Vide Cataplaſma.

CAP. XIV.

DE RVBIFICANTIBVS.

ACERATIS, Emplaſtris, Cataplaſmatis forma quidem vix differunt Dropax, Sinapiſmus, Veſicatoria, Phœnigmus, diſcrepant tantùm effectu. Quæ omnia in genere rubificantia dici poſſunt; licet hoc nomen priuatim Phœnigmorum, de quibus breuiter ſic habe.

Dropax.

Dropax, picatio propriè veteribus vſitatiſſima, topicum eſt, forma emplaſtri, rarò cataplaſmatis, ad alimoniam partibus ac vitam conciliandam, vel etiam ad vitia antiquata, & contumaciora educenda comparatum.

COMPONITVR autem.

1. *Vel* ſimpliciùs ex picis ℥j. ℥j. ß. olei ℥ ß. ʒ vj. liquatis ſimul, & in alutam extenſis.

2. *Vel* compoſitiùs, ſimplici additis pulueribus calidis gradu 2. 3. vt *pipere*, *pyrechro*, *zingib*. ſtercoribus animalium, &c. ad ℥ß. ℥ vj.

3. *Vel*, vt hodiè in vſu eſt, ad attractionem humorum & diſcutionem more recepto, bifariam: 1. ex puluere rerum calidarum, aromatum, tenuium partium ad ʒvj. *ſemine ſinapi, ſtercore columbino* ad ℥j. excipiuntur *picis & terebinth*. q. ſ. fiat emplaſtrum pro ſincipite. 2. ad eundem finem ex *emplaſtr. de mucilaginibus* ℥iij. cùm iam dictorum puluerum ℥ j. & olei irini q. ſ. formetur emplaſtrum, inſtar literæ T pro ſincipite, aut incorporentur cum terebinth. & fiat emplaſtrum, &c. Malè vulgò veſicantia vocant, cum ſine veſicis operentur, & fiat ante veſicatoria ferè, & poſt eadem aliquando, in affectibus

affectibus capitis maximè contumacibus,ad cauſas morbificas ex alto hauriendas, digerendas, vacuandas, quæ Dropacis ratio in praxi hodiè eſt vſitatiſſima, & vtiliſſima ſimul.

VSVS *Dropacis veterum* erat,vt adplicaretur parti calidè,deraſis capillis; repeteretur antequàm fieret frigidus,idque ſæpiùs,dum rubor in parte efflorefceret,qui terminus Dropacis, tùm remouendus, quo remoto, ſi ad alimentum attrahendum fuerit admotus,aut calorem,ne vtrumq; exſpiret, pars *oleo chamomillæ,&c.*illinitur,quo claudantur pori.

Dropacis noſtri Vſus ferè in affectibus capitis contumacibus, extenditúrque ſuper alutam,vt Emplaſtrum,inſtar literæ T ſincipiti admouendum, abraſo priùs capillitio, ex quibus formula ipſius præſcribendi etiam patet. Poteſt & ad alias partes forma idonea applicari.

VTILITAS *Dropacis veterum*,ad partes extenuatas, languidas nutriendas, viuificandas alimento,calore,ſpiritu ad ipſas euocato,idem & hodiè nos in partibus refrigeratis, reſolutiſque vtiliter imitamur.

Vſurpabant & ad alia, ad corpora humidiora exſiccanda,affectus frigidos contumaces,humores attrahit ex alto, diſcutit:para-

lyſi, catharris, affectibus hinc oriundis, phtiſi,&c.epilepſiæ, cephaleæ, & aliis affectibus eiuſmodi, vbi exhauriendum potenter: vnde & olim hæc remedia dicta μετασυγκριτικά.

Noſtri vtilitas hic poſterioribus reſpōdet, vſurpaturque maximè in affectibus capitis frigidis diuturnis, vel partium inferiorum quæ inde ſcaturiunt, expugnandis. Diſcutit enim & exhaurit potenter, vt ſuprà, ſtabulantes in cerebro cauſas morbificas.

Veſicatorium.

Veteres olim habebant in vſu Sinapiſmū, forma cataplaſmatis ferè ex ſinapi maximè, (vnde nomē) qui ſi mitior eſſet & rubificaret tantùm cutim, propriè Phænigmus dicebatur; fortior verò & veſicas excitans, Veſicatorium.

Sinapiſmus obiter fiebat olim ex caricarum maceratarum pulpa, & puluere ſinapis, hac porportione. Pro forti, ficuum pars vna, ſinapi, duæ; pro mediocri, ana part. æquales: pro debili ficuum duæ, ſinapi vna: admouebatur vſque dum parsruberet, vnde nomen Phœnigmi vt Sinapiſmi à compoſitione.

Hodiè loco iſtorum Sinapiſmorum, vſitata ſunt Veſicatoria, dicta ab effectu, quæ & quidam Phœni

Phœnigmos appellant.

COMPONITVR autem hodiernum Veſicatorium in praxi vſitarum.

1. *Vel* formà emplaſtri, idque bifariam, I. vel ex emplaſtro officinali Veſicatorio, ſi exſtet, ad ℥j. ℥jß. pro partis amplitudine. II. Vel ſumuntur *emplaſtr. de mucilag.* ℥ij. ℥iij. *cantharidum* ʒij. ʒiij. incorporentur cum *terrebinth.* ſuper alutam fiat Emplaſtrum veſicatorium.

2. *Vel* forma cataplaſmatis, quod vſitatiſſimum, ex *fermenti vſter.* ℥ij. *Canthar.* ℥ij. cum *aq. vitæ* vel *aceto* malaxatis, fiat veſicatorium.

Doſis tamen hæc mediocrem reſpicit magnitudinẽ partis quæ aliàs minuenda: ſi enim V. G. ponè aures admouendum, ℥j. ſufficit ad ſummum.

Nota, aliquando addi prætereà pulucrum acriorum, vt *piperis*; *zingib. euphorb.* ℥j. ℥jß. *ſem. ſinap.* ℥ß.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat veſicatoriũ magnitudinis debitæ, applicetur, &c. donec veſicæ excitentur, quæ acu aperiantur, & ſinantur diu fluere, imponendum *folium braſſic.* torrefactum leuiter, & oleo illitum, (ne exſiccentur) ſinantur autem apertæ, donec humor totius effluxerit.

VTILITAS. In genere ad humores

varios vacuandos, euellendos, deriuandos, ad humores infixos etiam valent, tenaces, qui neque molinentibus, attenuãtibus potuerunt diſcuti. Sic enim liquati trahuntur reſoluuntúrque: ſic conferunt hydropicis, iſchiadicis, capitis articulorum contumacibus doloribus, omnibus frigidis affectibus pertinacibus, ac veluti deploratis, reuellens inſigne remedium eſt, catharris eximium in varias partes, ſoporoſis excitandis, lethargicis apprimè vtile, venenatis puncturis, morſibus, carbunculis, bubonibus malignis volunt conferre. Pituitoſum morborum remedium potiùs quàm bilioſorum.

CAP. XV.

DE SACCVLIS.

AB effectu varij & multiplices ſtatui poſſunt: diſcutientes enim, ſiue reſoluentes corroborantes, anodyni, emollientes, &c.

Quicquid ſit, in his tria conſideranda. *Compoſitio. Vſus. Vtilitas.*

In COMPOSITIONE *materia*, *ex qua* vſitatè ſacculi parantur, & *excipiens* materiam ſeu *continens.*

MATERIA *ex qua* ratione *qualitatis*, ſunt

varia

varia ſimplicia ſcopo præſenti conuenientia, conciſa & contuſa; radic.cortic.ligna, fol.flor.ſemin.aromat.gummi: vnum, duo, plura, pro ſcopo.

Ratione *quantitatis*, menſuram ac pondus totius materiæ definiet partis, cui applicandus ſacculus, magnitudo & moles. Pro corde enim v.g.℥j. ℥j ß. ſufficit: pro capite ℥ij. pro ventriculo ℥ ij. ℥ iij. pro toto abdomine major copia requiritur. Singulorum ergò doſes ita moderandæ, vt tota compoſitio non excedat molem parti affectæ conuenientem.

EXCIPIENS ſeu CONTINENS hanc materiam eſt pannus lineus, vel ſericus, præſertim pro partibus nobilioribus. Ex quo poſteà effinguntur ſacculi variis formis, quadrati, oblongi, vel alterius figuræ, pro partium ideâ. Qui capiti imponendi, pilei formam habere debent; qui pro ventriculo parantur, ſcutiformes ſunt; qui pro hepate, Lunæ creſcentis; qui pro liene, linguæ bubulæ figuram exprimunt.

Nota 1. Materiam nonnunquam, antequam includatur ſacculo, torrefieri in ſartagine, ſenſim affundendo vini generoſi, vel aquæ vitæ q. ſ. præſertim vbi diſcutiendum

2. Pulueres pretioſiores & tenuiores, aut pro partibus nobilioribus præſcriptos, bombaci aut cotoni expanſo inſpergi, vt molliùs corpori inſideant.

3. Ne materia in vnum locum labatur & conglomeretur, acu interpungi atque interſui.

VSVS. Quod ad *modum*, ſacculi aliquando ita aridi & ſicci parti adhibentur, vt qui capiti vel cordi imponuntur, aliquando verò priùs humore perfuſi, idque duobus modis. *Vel* enim vino, aceto, aut alio liquore idoneo irrigati, ad eorum operationem accelerandam, lapidi vel lateri ab igne calefacto imponuntur, ac ſubinde calore contracto parti admouentur: *vel* in liquore idoneo parùm decoquuntur, & poſtmodum compreſſi loco admouentur. Sæpiùs duo parantur ſacculi, vt alternatim calentes adhiberi poſſint.

Quod ad *tempus*, quando & quandiu geſtandi ſacculi aut vſurpandi, ipſa affectûs ratio docebit.

FORMVLA ex precedentibus patet.

VTILITAS. In genere ad calefaciendum proſunt, ſiccandum, extenuandum, diſcutiendum, attrahendum, & corroborandum, dolores minuendos, humores euocandos, & abſorbendos, flatuúmque copiam conſu-

conſumendam.

In ſpecie Sacculi cephalici vſurpantur ad varios capitis affectus, inprimis frigidos & diuturnos, ac flatuoſos, deſtillationes inhibendas, &c. Pectori admouetur in pleuritide notha & flatulenta, ac aliis thoracis doloribus. Hypochondriis, in obſtructionibus ac tumoribus hepatis, lienis; regioni renum in cruciatu nephritico. Abdomini in paſſione colica, iliaca, &c. Partibus denique quibuſuis applicantur ſacculi, ad tumores earundem ſcirrhoſos, œdematoſos, flatulentos, & ad dolorem, vt in arthridide.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

SECTIO II.

DE REMEDIIS PROPRIIS Partium Quarumdam.

CAP. I.

DE FRONTALI.

I*N genere vocari poteſt quauis forma medicamenti externè fronti applicata, priuati tamen ſignificat topicum refrigerans & hypnopicum, ex cephalicis frigidis contuſis, ſacculo lineo lato 4.5. digitos exceptis Græci vocant* διακόλλημα*; etſi hoc propriè notet medicamentum, quod ex emplaſticis, vt* farinâ volatili, *& adſtringentibus vt* bolo, ſanguine Draconis, acacia, aceto & oui albumine *exceptis fronti applicatur, ad hæmorrhagiam, humorumve impetum & fluxiones in oculos ſiſtendas.*

In noſtro Frontali tria conſideramus. *compoſitum. Vſum. Vtilitatem.*

COMPONITVR 1. vel formâ ſicciore, quæ

quæ propriè frontale eſt: ratione *qualitatis*, paſſim ex floribus & ſemin:cephal.frigidis, vt *flor,viol.roſ.nymph.ſem.pap.albi, lactucæ.*

Ratione *quantitatis*,flor.pugill.3.4. ſemin. ℥ ß.preſcribuntur.

Nota, his addi aliquando ad robur & diſcutiendum, *flor.chamom. melilot.*ana P. ß. *ſemin.coriandr. anethi.*ana ʒ ß.

Nota, etiam vtiliſſimè ex ſolis foliis la-ctuc.hyoſcyami ad M.ij. iij. contuſis, oleo violar. & aceto imbutis fieri eiuſmodi frontale,vt & aliquando priori modo horum M.j.addi.

2. *Vel* formâ humidiore: idque I. inſtar linimenti,ex *vnguenti populei* V.G.aut *roſat.*℥ vt.*ol.viol.&c.*℥ ß.aut ſolo vnguẽto populeo. II.Forma cataplaſmatis ex foliis flor.ſemin. dictis,cõtuſis, addito pauco oleo & aceto.

VSVS & FORMVLA. *Siccioris*, R. &c. contundantur & includantur panno lineo raro, fiat frontale,quod vapore aceti perfuſum aut irroratum, fronti & temporibus admoueatur,hora ſomni.

*Linimenti.*R. &. illinantur frons & tempora, hora ſomni, atque 4. 5. horis elapſis abſtergatur,renoueturque.

Cataplaſmatis. R. &c. fiat inſtar cataplaſmatis,quod duplici linteo exceptum fronti & temporibus applicetur.

VTILITAS

VTILITAS præcipuè ad refrigerandum, ad capitis ardores, vt per febres, phrenitidem, ad ſomnum conciliandum in vigiliis, quæ per iſtos affectus vires admodum deiiciunt, & mentem exagitant: ad vapores compeſcendos in febribus, ad repellendum aliquãdo, vt & ad capitis dolores, &c.

CAP. II.

DE OXYRRHODINO.

ALij ad epithema, alij ad embrocationes referunt, ex aceto & oleo roſato nomen habens; tamen cum ſit forma medicamenti, quæ videtur capiti propriè dicata, frontali liquidiori ſubnecto.

COMPONITVR. 1. *Vel* ſimplicius ex *olei roſati* partibus tribus aceti parte quarta, ſimul agitatis, ita vt tota compoſitio ℥ ix. vel ℔ j. ad ſummum non excedat.

2. *Vel* compoſitius, ex *oleo roſato* & aliis cephalicis oleis, aceto Roſato, & aquis cephalicis frigidis, hac proportione: oleor. ℥ iv. ℥ vj. aceti ℥ ij. ℥ iij. aquæ ℥ iv. agitentur.

3. *Vel* aquarum loco ex ſuccis, cum iiſdem, eadem doſi præſcribitur.

VSVS & FORMVLA R. &c. agitentur.

tentur omnia fortiter ſimul, & huic mixturæ linteola immerſa, imbutáque admoueantur capiti, fronti, & temporibus, mutando ſæpiùs.

VTILITAS. Inſignis in phrenitide & deliciis, ad repellendum humores tenues, & fumos à capite arcendos: in febribus etiam ardentibus, vbi metus delirij.

CAP. III.

DE CVCVPHA.

ALias *pileolus dicitur, affectibus cerebri frigidis & humidis dicatus.*

COMPONITVR ratione *qualitatis*, ex rebus cephalicis, ſuauiter fragrantibus, radic. foliis ſiccis, floribus, lignis, aromatis (*garyophyll. cinnam.*) raro ex ſeminibus. Gummata, vt *Benzoin*, aliquando & *ſtyrax*, quia facilè puluerantur, *moſchus* & *ambra* proditioribus addi poſſunt.

Hæc autem eorum doſis & proportio. Radic. ℥ſ. folior. ſiccorum M. ij. iij, quæ & pondere ℥ß. ʒvj. præſcribi poſſunt: flor. P. ij. iij. qui & pondere, ʒ ij. ʒ iij. aromatum ʒiij. ℥ß. gummat. ʒj. ʒij. *moſchi* ℈ß. ℈j. &c. ita vt tota compoſ. ℥ iij. ℥ iv. non excedat.

Nota, *puluer. violaceum* quem vocant, & *cyprium* aliquando addi ad ℥ ß.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. fiat puluis, qui excipiatur cotone, vel bombace moſcatellino, & cum panno ſericeo interpuncto, ſeu interbaſtato, vt vocant fiant cucupha ſupra caput geſtanda vel pileo aſſuenda. Aliquando duæ preſcribuntur, túmque puluis duplicandus, dicitúrque fiant duæ cucuphæ, quarum vnam, geſtet de nocte, alteram pileo aſſutam inerdiu & quando erunt pinguedine delibutæ, remoueantur, renouenturque.

VTILITAS. Inſignis in affectibus cerebri frigidis, humidis, vnde manant in inferiora varij morbi: maximè autem præſcribuntur poſt purgationes vniuerſales, ad exhauriendas materiæ morbificæ reliquias, ad dolores capitis frigidos diuturnos, ad catarrhos, fluxiones omnes detinendas, abſumendas, ſiſtendas, ſpiritus animales recreandos, robur capiti, cerebro conciliandum, (vnde obiter medicamenta tenuium partium eſſe debent, quò penetrent cranium, (ne de nouo impuritates ſuſcipiat aut generet, &c.

Cap.

CAP. IV.

DE COLLYRIO.

TOPICVM eſt ophthalmicum, occulorum affectibus priuato quodam iure dicatum à ſiſtendis fluxionibus maximè dictum Græcis κολλύριον, παρὰ τὸ κολλᾶν τὸν ῥῦν.

Eſt autem duplex, Humidum, recentioribus abſolutè Collyrium appellatum: Siccum, Arabibus propriè Sief.

Collyrium Humidum

Duplex eſt: Liquidum, quod liquoris formâ oculis inſtillatur: Craſſius, mellis, vel linimenti conſiſtentia, quod inungitur.

Vapor autem non dicitur collyrij ſpecies, qui tamen cùm paſſim in oculorum affectibus præſcribatur, de hoc primo agemus: ita vt collyrium humidum triplex ſtatuam: Vaporoſum, Liquidum, Melliforme.

VAPOROSVM non tàm collyrij, quam formâ medicamenti, humores vel oculos præparans, vt aliorum vis maiore cum efficacia recipiatur, vt infuſione, maculis, &c. præſcribitur: tamen etiam per ſe ad diſcutiendum, quæ forma omninò optimâ. Item, vbi viſus clarificandus, &c.

COMPONITVR

rum ferè formâ, quod vſus tempore diluebant liquore idoneo.

COMPONITVR autem vario modo, præſcribiturque 1.*aqua deſtillata* ſola, quæ ſimplex, aut compoſita.

Simplex, idonea, vna, duæ, plures, ad ℥iv. præſcribitur fiat collyrium.

Compoſita, quæ magiſtralis eſt, & maximè digerendo, diſcutiendo, detergendo, viſui acuendo, delendis ſuffuſionibus, &c. dicata, à Medico præſcribenda, fit ratione, *qualitatis*, ex oxydorcicis fol. ſeminibus, tùm etiam cephalicis calidis foliis, ſeminibus aromatibus, quibuſdam, vt *zingibere, pipere*, additis vſitatè *vrinâ pueri* impubis, *vino albo melle*.

Quod ad *quantitatem*, oxydorcicorum folior. M. vj. viij. ſem. ℥. ß. ℥ij. cephalicor. folior. M. ij. aromat. ℥ß. ʒ vj. *fellis* ℥ij. *vrinæ* ℔ ß. ℔ j. ℔ ij. *mellis* ℔ ß. ℔ j. *vini* ℔ ij.

FORMVLA. R. &c. macerentur per octiduum in vaſe vitreo, in loco calido, vel fimo equino: deſtillentur poſtea in balneo Mariæ, reponatur aqua in ampulla vitrea, ſeruetur ad vſum, qui idem vt aliorum eſt.

2. Ex *ſolis ſuccis* folior. maximè, depuratis, filtratis, infuſis in oculum, vel linteo admotis,

3. *Vel ex decocto ſolo*, aliquando, folior. ſemin. flor. idoneorum, doſi potionis præſcribendorum : ℥[illegible] enim ſufficiunt pro collyrio.

4. *Vel ex Infuſione ſola* metallicorum, vt *antimonij* ʒj. in aquæ ℥iiij. eximia ad viſum clarificandum, ſic & *vitrioli* ḡ.ij.iij. in aqua roſar. & fœniculi, ad ruborem & dolorem oculorum eximium : *vel* vegetabilium idoneorum facta in aquæ deſtillatæ, ſucci, decocti, &c. ℥iiij. vj. liquore deinde colato, filtrato, in ampulla repoſito ad vſum.

5. *Vel ex aqua deſtillata, ſucco, infuſo, decocto* : horum duobus, tribus, ſimul confuſis pro intentione ad ℥iij. ℥iiij.

6. *Vel alij liquores* ſoli vſurpantur, pro ſcopo : vt *vinum, aqua, albumen ouorum*, in doloribus, &c.

7. *Vel puluis* prætereà iam dictis ſolis, vel mixtis, additur, ſcopo idoneus, ex ophtalmicis deſumendus.

Quod autem ad *quantitatem* pulueris, ℥j. ij. iij. præſcribuntur ad ſummum : fortes ʒj. non excedant, cum liquor. ℥iiij. v. vj. fiat collyr.

Nota obiter, optimum eſſe colare collyrium, ob aſperitatem puluerum, niſi vbi detergendum.

VSVS

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat collyrium, cuius guttæ aliquot 2.3. inſtillentur in oculi maiorem canthum, vel præterea, quod mihi placet, linteolum eodem imbutum admoueatur, ſæpiùs mutando, fiat veluti fotus aut epithema, vel, vbi liquores benigniores, reſupinus æger, collyrium ampulla conceptum, cuius, extremitas oculum ambire poſſit, admoueat.

VTILITAS *liquidi humidi* maximè ad refrigerandum, ardorem oculorum extinguendum, ad dolores, inflammationes repellendas initio, deinde diſcutiendas. Item & ad repellendum, & fluxiones omnes inhibendas, ad ſiccandum, lachrymas abſumendas, detergenda quæuis eorum vitia, ad viſus acumen, nebulas, humores craſſos diſcutiendos. *Hæc etiam de collyrio liquido:* ſequitur.

MELLIFORME. Sic appello, quod fit conſiſtentia mellis, idque trifariam, ſpecie linimenti, pultis, cataplaſmatis.

Litus fit. 1. *Vel* ex puluer. idoneis leuigatis in Alcool. & excipiente idoneo, quod variũ pro ſcopo, mucilago idonea, *mel, butyrum, vnguentum roſat, &c.* pro indicationibus:

Quod ad *quantitatem* tota compoſitio ſit vnc. j. pulu. nimirum ℥ ij. iij. excipientis ℥ ß. ʒ vj.

2.*Vel*,ſine puluerē ex mucilaginibus ſeminum idoneorum,vt *cydoniorum, &c.*prior ratio vſitatior.

Cataplaſma & *Puls* ſit ferè tantúm ad dolores leniendos, idque 1.ex *medullæ panis* ℥ij.maceratæ in lactis q.ſ.cui additur aliquando *mucilago pſyllij* ad ℥ß.*opij* 2 g̃.ij.&c.*Vel* ex ſola *pulpa pomi*,ſub cineribus, aut in lacte coćti,ad vnc.ij.3.*Vel* ex vtroque 4. *Vel* ad repellendum,ex *pulpa* cydonior.coctorum ad ℥ij. *Vel* maximè ad diſcutiendum, more cataplaſmatum,ex reſidentia decocti digerentis oxidorcici contuſa & traiecta ad ℥ ij. Vide Vaporoſum.

VSVS & FORMVLA. *Litus* quidem R. fiat inſtar linimenti, quo illinantur oculorum canthi, vt ſenſim penetrent ad interiora, vel etiam penicillo palpebris applicetur è regione affectus.

Cataplaſmatis.R.fiat inſtar pultis, vel cataplaſmatis,ex linteolo madido liquore idoneo applicetur.

VTILITAS. *Litus* precipua eſt, vbi palpebrarum vitiis occurrendum, vbi detergendum, ad quod omninò vtiliſſimus, item ad ſiccandum, fieri etiam poteſt vtiliter ad diſcutiendum. Item & ad dolores; ſed præſtat forma pultis. Fiunt etiam hac

formâ

formâ collyria, vt pulueres hac ratione diutiùs hærentes,in parte agant efficaciùs, tùm,ſi quæ medicamenta acriora, ſic demulceantur. *Cataplaſma* & *puls* ad dolores ferè tantùm, poſſunt & ad diſcutiendum, repellendum,vt ſuprà.

Hactenus de Collyrio humido, ſequitur.

Collyrium ſiccum.

Dupliciter fieri ſolet, forma puleeris, trochiſci. *PVLVIS læuigatis medicamentis idoneis in Alcool fit, diciturque Arabibus propriè Sief.*

COMPONITVR ex rebus ophthalmicis idoneis læuigatis in Alcool ad ℥ß. ℥j. ad ſummum præſcribendis.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat in cote cum liquore idoneo puluis inſtar Alcool ſubtiliſſimus, de quo parum V.G. ℈.ij. inſufflentur in oculum cum tenui calamo, deinde palpebra leuiter, diúque confricetur:vel iſtud Alcool liquore idoneo excipiatur, fiat collyrium, aut fiat litus,vt dictum ſuprà.

VTILITAS maxima & precipua eſt ad detergendum, ſuffuſiones, &c. ſi ſolus puluis inſuffletur, vt & ad cicatrizandum, vel ſi diluatur, vt dictum, ad

varios vſus fieri poſſunt, licèt hoc minùs vſitatum.

TROCHISCI vſitatiſſimè fiunt ſine dicto in trochiſcis, & puluerem variorum Alcool. ad ℥ vj. ℥j. ad ſummum, qui liquore idoneo excipiuntur. Vide Trochiſcos.

VSVS & FORMVLA. R. &c. cum &c. fiant trochiſcis lupinares, vel paſtilli ponder. ℨ j. V. G. ſiccentur in vmbra, teratur vnus, ſoluatur pro collyrio, aut linimento conficiendo, cum iam dictis.

VTILITAS ad quaſuis indicationes eſſe poteſt, cùm hi trochiſci ſint tantùm formâ pro ſeruandis medicamentorum viribus. Non enim per ſe vſurpantur, ſed diluti: paſſim autem ad ſiccandum, detergendum, &c. inflammationem oculorum cum opio, vt *troch. albi Rhaſis*, qui & valent ad ruborem, ad digerendum inflammationes, ad cicatrices extenuandas, & eiuſmodi alias intentiones. Hâc forma pulueres idonei conſeruari poſſunt, qui præſtò ſint, ad vſum litus aut collyri, vel etiam pulueris vocandi pro ſcoporum varietate, de quibus ſuprà.

CAP.

CAP. V.

DE GARGARISMATE.

MEDICAMENTVM *liquidum eſt, affe-ctibus oris, gingiuarum, faucium, laryngis, aliquando & capitis dicatum, gargariſando, vt vocant, fauces colluens, ſine deglutione.*

COMPONITVR 1. ex *Aquis*, & *Diſſoluendis* idoneis.

Aquæ ſunt aquæ deſtillatæ, quod ad *quantitatem* ad ℔ j. ℔ j. ß.

Diſſoluenda ſemper, ſyrupus idoneus ad ℥ iij. iv. aliquando pro ſcopo, *diamoron, dianucum, mel* ad ℥ j. ß. ℥ ij. item aliquando ſuccus idoneus affectui conueniens, vt & *acetum, omphac.* in repellentibus ad ℥ ij. iij.

2. *Vel* ex aquis & ſuccis maximè frigidis: illarum ℥ viij. x. horum ℥ iv. cum diſſoluendis dictis.

3. *Vel* quod paſſim, ex decocto variarum partium ſtirpium pro ſcopo, paucarum, plurium, doſi ferè clyſteris, facto in liquore idoneo, in cuius colaturæ ℔ j. ℔ j. ß. iam dicta diſſoluuntur.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. fiat gargariſma, quo colluat os ſæpè per horam antè prandium & cœnam, vel etiam omni hora

ſi opus, frigidè ſi repellamus, tepidè ſi digeramus.

VTILITAS varia pro affectuum varietate ad repellendum initio inflammationem, ad omnem intemperiem calidam oris, ad defluxiones, ad detergendum, ad digerendam in inflammationibus, oris fœtorem, & varios ipſius & faucium affectus. Aliquando (etſi rariùs) fit ad pituitatem è capite purgandum, ex decocto incidentium, detergentium & tenuium cephalicorum. Sed maſticatoria præſtant.

Cap. VI.

DE APOPLEGMATISMO.

Capvt purgij vt vocant ſpecies eſt, vt & errhinum, affectus cerebri pituitoſis dicata, & eliciendo ab eo phlegmati: vnde ab effectu nomen Apophlegmatiſmi. Quod autem quidam maſticatorium appellant, abuſiuè: fit enim & Apophlegmatiſmus liquidus, licet hodiè in vſu practico ita ſit receptum: quia Apophlegmatiſmi forma ſolida vſitatior eſt, vt per Apophlegmatiſmum audiant ſimpliciter maſticatoria: licebit diſcernere.

Quicquid ſit duplicem ſtatuo: Siccum: *Liquidum.*

Apophlegmatiſmus

Apophlegmatimſus Siccus.

Hæc Caputpurgij forma maſticatorium aliàs propriè, vulgò etiam Apophlegmatiſmum appellãt.

COMPONITVR, ſeu preſcribitur 1. *vel* ex ſimplicibus idoneis Apophlegmatizantibus, vide materiam, vt paſſim *radic. pyrethr.* macerata per noctem in aceto ad ℥j ℥ij. quam manè maſticet.

2. *Vel* ex puluere iam dictorum acriorum tenuiorum ad ʒiij. ℥ß. qui excipitur ceræ q.ſ. vel etiam ſola maſtice, alij aliter, cera magis conuenit: ſic enim puluis cohæret magis.

3. *Vel* ille idem puluis panno lineo raro, forti tamen, excipitur, & fit nodulus: pro quo paſſim maſtices ℥j pro baſi, aliorum acriorum ʒij. ʒiij. præſcribuntur, ſiant noduli.

VSVS & FORMVLA. *ſecundi modi.* R. &c. cum &c. fiant pilulæ, vel formulæ ſaliuales, vel globuli inſtar pilulæ maioris, vel formæ lupinares, vel trochiſci mã ſiles, quorũ vnũ maſticet, & volutet ſæpiùs in ore, manè ieiuno ſtomacho, idque per ſemihorã capite prono, exſpuẽdo ſępiùsquod diſſoluitur, hos deinde abluat *aquâ tepidâ, vino, &c.* vt reliquiæ hærentes eluantur.

Poterit repeti etiam duabus horis ante cœnam.

VTILITAS. Inſignis eſt poſt vniuerſales purgationes ad κάταῤῥον cerebri particularem; reliquias nempè humorum pituitoſorum, præſertim è cerebro, maximè circa baſin ipſius & ventriculos priores exhauriendas, vt & vicinis partibus: pituitam fundit, attenuat, elicit, affectibus cerebri frigidis in veteratis eximius. Purgat etiam vicinas partes, præcipuè gingiuas, maxillas, dentes (in quorum doloribus paſſim,) os, fauces, & quouis caloris ſe diffuderit.

Apophlegmatiſmus Liquidus.

Eſt veluti gargariſma, quod Purgans poteris appellare.

COMPONITVR ex decocto cephalicorum attenuantium, incidentium, radic. folior. ſemin. florum, doſi gargariſmatis additis etiam apophlegmatizantibus ad vnc. j. vnc. j. ß, vnc. ij. facto in vino, hydromelite, &c.

Nota, vtiliter catharticum effici, decocta *ſennæ*, *carthamo* aliquando, *turpetho* ad vnc. ß. ʒ. vj.

Quantitas ipſius & *diſſoluenda*, vt in gargariſmate.

VSVS

VSVS & FORMVLA eadem. Eſt enim reuerà gargariſma purgans.

VTILITAS quæ maſticatorij, tamen, quia gargariſatus altiùs in fauces delabitur, longiùs quoque prolicit ex amygdalis, œſophago: videtur etiam potentiùs trahere ex ipſo cerebro.

CAP. VII.

DE DENTIFRICIO.

R*EMEDIVM hoc etſi videatur tantùm coſmeticum: tamen & ſæpiùs à Medicis ad alios eorum affectus præſcribitur.*

COMPONITVR 1. *vel* aquæ formâ, quâ aut abluuntur dentes, aut linteo imbuto confricantur. Huc pertinet liquor vitrioli, ſulphuris, paucus, aqua pauca dilutus, quo dentes fricantur. Mirè deterget, dealbat, vindicat à carie: cautè tamen; quia fragiles reddit.

2. *Vel* forma pulueris præſcripti ad ℥j. vnc. j ß. &c.

3. *Vel* formâ linimenti, ex pulueris ʒvj. vnc. j. cum mellis roſat. q. ſ. fiat inſtar opiatæ pro litu.

4. *Vel* forma trochiſcorum, ſuppoſitorij inſtar, quibus reſiccatis & induratis dentes

fricãtur.Fiunt autẽ ex puluer.℥j.vnc.ij.cum mucilaginis gummi tragacanth. q.ſ. fiant trochiſci ſuppoſitorij inſtar, exſiccentur.

VSVS & FORMVLA. R.&c. fiat, &c.quo vel abluatur os ſæpiùs,&c. vel illinantur, aut fricentur dentes, poſteà os abluatur liquore idoneo,*aqua,vino &c.*

VTILITAS. Præſcribitur maximè ad dentes dealbandos,detergendos, ſtabiliendos, vindicandos à carie, gingiuas etiam firmandas, incarnandas, à fluxione defendendas.

Nota obiter *circa materiam*,vſitatiſſimè & vtiliter ad detergendum præſcribi *tartarum,corallia,cruſtam panis vſtam,ſal, os ſepiæ,pumicem,&c.* quibus odorata pro ditioribus. *moſchus,ambra* poſſunt addi.

CAP. VIII.

DE ERRHINIS.

MEDICAMENTVM *in genere quòd naribus inditur,vnde nomen,vel ad capitis vel narium proprios affectus comparatum, prius ad purgandum,poſterius ad alterandum vario modo, vt duplex à me rectè ſtatui poſſit: Purgans & Alterans.*

Errhinum

Errhinum purgans.

Cerebro purgando à variis vitioſis humoribus dicatum, quod ſit vel ſine ſternutamento, & abſolutè tunc Errhinum appellatur, quod aliàs etiam Caputpurgium vocant; vel cum ſternutamento, & priuatim vocatur Ptarmicum, ſeu *Sternutatoriū.*

ERRHINVM ABSOLVTE dictum.

Cerebrum euacuans ſine ſternutamento, ràtione formæ triplex; Liquidum, Molle, Solidum.

Liquidum. COMPONITVR 1. *vel* ex ſuccis ſolis caputpurgiorum, qui ex folior. M.iv. inciſis, contuſis, cum *vini albi* etiam vnc.iv. exprimitur. Liquor ſeruatur in ampulla vitrea ad vſum. Hoc alias vſitatè breuius ſic præſcribitur. R. ſucci recenter extracti cum vino albo, ex fol. virid. herbarum, &c. vnc.iv. viij. rarò enim ℔j. niſi pro diutino vſu, & in diætis ferè præſcribitur.

Nota, vt ſit magis cephalicum, aliquando *betonic. &c.* vſurpari ſimul, vel parum de cocti cephalici, & vt magis penetret, *aqua vitæ* vnc.1. permiſceri.

2. *Vel* ex decocto cephalicorum omninò vt Apophlegmatiſmus, admixtis foliis

errhinorum,de cuius colatura ℥ vj.vnc.viij. præſcribuntur, in quibus nihil diſſoluitur, vel aliquando ſucci idonei, ad vnc.ij. vnc. iij.*aquæ vitæ*,*&c.*

Nota, quoſdam ad purgandum magis opiatas diſſoluere: præſtat idoneum purgans cum aliis decoquere.

VSVS & FORMVLA.R. &c. fiat errhinum,ſeu caputpurgium, repouatur in ampulla vitrea. Hoc autem vtatur tepidè, manè duabus horis antè prandium, vel etiam antè cœnam, ex vola manus, ore aqua pleno,ter,quater per triduum,quatriduum,aut, ſi diæta quædam fuerit inſtituta, toto diætæ tempore.

Mole COMPONITVR 1. *vel* linimenti forma ex ſuccor.idoneor.& *oli.ros* ana vnc. ij. decoque ad ſuccorum conſumptionem, adde *ceræ* q.ſ.fiat linimentum,cui puluerum acriorum ʒj.ß. poteſt addi, vel quod optimum, *elaterij* ℈ ß. ℈j.

2.*Vel* opiatæ ferè conſiſtentia, ex ſuccorũ dictorum vnc. ij.*vini* vnc.j.ß.*mell.*q.ſ.coque leuiter in opiatæ conſiſtentiam. NB. Addi inſuper poſſe pulueres acriores, vel etiam purgantes, vt *elater.colocynthis* ad ℈j.

Nota etiam,opiatam hanc fieri poſſe ſine ſuccis,ex puluer.ʒij.ʒiij.*mellis* q.ſ.

VSVS & FORMVLA R. &c. fiat &c.

&c.cum digito, vel penna nares illinantur, & capite prono humores ſic è cerebro proliciantur, optimum poſteà, nares abluere. *Vide Herrhinum.*

Solidum. COMPONITVR 1. *vel* forma pulueris idoneorum, ad ℥ij. ℥iij. Vnc.ß. 2. *Vel* ſolida, quæ propriè Naſale dicitur, ex eorum puluer. ℥ij. ℥iij. excipe cum mucilagine idonea, vel *terebinth.* q.ſ. & *ceræ*, fiat Naſale forma pyramidis.

VSVS & FORMVLA. *Pulueris* R. &c. inſuffletur parum, V.G. ℈.ß.℈j. cum calamo in nares manè, &c. *Naſalis.* R. &c. fiat forma pyramidalis, quæ oleo imbuta naribus indetur.

VTILITAS poſt purgationes vniuerſales, in capitis affectibus, frigidis maximè, contumacibus, tùm & qui à bilioſis ſeroſiſque humoribus, à quibus ſæpè acerrimi dolores: ad affectus omnes à cerebri illuuie originem trahentes. Hinc in Diætis vtiliſſimum & perpetuum, cerebri ventriculos anteriores, meninges maximè, expurg. & oculis affectis cautè.

PTARMICVM.

COMPONITVR, ex puluere ſim-

plicium ptarmicorum, ad ℨjß. ℨij. quia valida.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. fiat puluis tenuiſſimus, cuius vel vapor tantùm naribus attrahendo inſpiretur, vel (maximè quando cephalica admixta pondere æquali) tantillum v. g. g̃. 1. 2. mediante calamo in narem inſuffletur, tempore matutino. Poſſunt & quauis horâ vſurpari ſopito cerebro, & vbi excludendus fœtus.

VTILITAS. Inſignis ad cerebrum euacuandum à vapore craſſo, muco, ex antica parte, diuturnis affectibus vtile, ſoporoſis, item ad fœtum excludendum, hauſtis priùs, quæ partum iuuant: potenter è meningibus trahit, hinc & affectibus earum à biliofis humoribus vtile.

Alterans Errhinum.

Appello, quod priuatim narium affectibus variis dicatum vario modo percurandi: hocque etiam triplex ſtatuo: liquidum, molle, ſolidum.

COMPONITVR 1. *vel* ex ſuccis idoneis folior. extractis cum aqua liquore idoneo, ad vnc. vj. vnc. viij. in quibus diſſoluuntur poſtea vel *mel*, vel ſyrup. idoneus ad ℥jß. ℥ij. aliquando & puluer. ad. ℥ß.

Vel.

Vel ex decocto idoneo, doſi clyſterum. Diſſoluitur vel *mel*, ſuccus ſimul idoneus, ad ℥ij. ℥iij.

3. *Vel* forma linimenti, ex idoneis, vt ſuprà.

4. *Vel* forma ſolidiore, turundæ, vt vocant, ex puluer. maximè aſtringentium & ſiccantium ʒiij. (pro vna ſc.) *oui albumine*, ſucco idoneo, *melle* exceptorum, adiectis etiam aliquando *pilis leporinis* minutim diſſectis. Fiat veluti turunda, indatur.

VSVS & FORMVLA quæ Errhini: tamen omni ferè hora vſus eſſe poteſt, & priuatim dum ibit cubitum, turundam vnam indat, alteram ſequenti die.

VTILITAS ſumma in narium affectibus priuatis, ozæna, polypo, vlceribus, fœtore, hæmorrhagia, ad quam turundæ, vel forma linimenti maximè vſurpantur.

CAP. IX.

DE SVFFIMENTO.

SVFFITVS differt ab odoramentis, quòd hæc ſine igne ſuum odorem fundant, illi contrà non niſi ignis contactu mediato, immediato.

Duplicem autem facio, alium voluptatis, ſanitatis alterum. Vtrumque ſiccum, vel humidum.

Ille Suffimentum dicitur, & θυμίαμα hic Vapor potiùs appellandus.

Suffitus ad voluptatem.

Cultui aulico & delitiis dicatus, ex rebus ſuauiter odoratis conſtans. Eſt amtem ſiccus, vel humidus.

Siccus. COMPONITVR. 1. *vel* forma *pulueris*, cuius materia tùm gummata odorata, *ſtyrax*, *benzoinum* maximè, tùm radic. vt *acori*: ligna, *xylo aloe*, folia *maioran* &c. cortices *citri*, *arantiorum*: flor. cephalicis, aromata, *macis*, *garyophill. cinam.* item *caphura*, *ambra*, *moſch.* *zibetum*, &c. horum plura, pauciora.

Quod ad *quantitatem*, doſis totius ℥j. ℥ij. provt ex pretioſis, (ſi tamen pro ſuffitu operimentorum capitis fiat, ad ℥ iv. ex minùs pretioſis imperetur,) doſis igitur vnc. j vnc. ij. ita vt gummatum ſint ʒ iv. ʒvj. puluer. ʒ. iij, vel ana part. æquales, *ambra*, *moſchus*, *zibeta*, pro libitu.

2. *Vel* forma *trochiſcorum*, dicto puluere excepto cum eliquatione gummi. tragacanthæ, facta cum aqua idonea, fiant trochiſci, &c. ponderis ʒ j. ſiccentur.

3. *Vel* forma *auicularum* cyprearum, vt vocant: ex gummatis odoratis ad ℥ iij. pulueribus

ribus dictis ad vnc.ß. ℥ vj.carbonibus *ſalicis* vnc.ij.vnc.iij.cum eliquatione gummi tragacanth.&c.aut *ladani* liquati q.ſ. fiant auiculæ, vel candelæ odoratæ perſumo. *Moſchus,ambra* additur pro lubitu,ad ℈ß. ℈j.

VSVS & FORMVLA *Pulueris.* R.&c. fiat puluis, qui coniiciatur in carbones ardentes, & fumus excipiatur cubiculo, vel veſtibus.*Trochiſ.*R.&c.fiant.&c.coniiciantur vnus,duo,in carbones,&c.*Auicularum.*R.&c. accendatur vna ad odorem cubiculi.

VTILITAS.Etſi videatur ad voluptatem,tamen cùm conſtent ex cephalicis cardiacis pretioſis, non poſſunt non cerebrum,cor, & eorum ſpiritus reficere, recreare,vindicare ſimul à malignitate.

HVMIDVS hodiè vſitatiſſimè comparatur,& caſſoletam vocant.

COMPONITVR commodiſſimè ex gummatum, vt *ſtyracis,benzoini,* V.G.vnc. ij. & ſi lubuerit,puluer. pauciorum ℥ ij. ℥ iij. omnia ſoluuntur cum aqua odorata,vt, *roſarum* : Caſſoletæ, vt vocant, induntur inſtar paſtæ,ad longum vſum. Vſus tempore conſpergitur Caſſoleta cum *aqua roſar.* v.c. igne ſubdito exſpirat vapor iucundiſſimus, qui vt placeat tunc commodiſſimè *moſch.* g.iij.iv.adduntur.

VTILITAS eadem quæ ſiccioris.

Suffitus ad ſanitatem.

Suffitus ſanitati dicatus ab effectu duplex ſtatui poteſt. Roborans partes principes, ſpiritus reficiens, ex rebus ferè iiſdem, quæ ad voluptatem: Alterans, vt cerebrum exſiccans, pulmones expurgans, ad menſes mouendos, ſuffocationẽ, &c.

A forma vero etiam duplicem facio ſiccum, & humidum.

SICCVS in genere fit ex rebus, quæ vaporem exſpirent, eumque ſuauem, *vt ladanum, ſtorax, benzoinum, &c.* ſuprà dicta, & aliquando δυσώδη, vt *galbanum, aſſa fœtid. Caſtoreum, &c.* quorum vſus per inferiora, in vteri variis affectibus. Fit etiam ex pulueribus rerum ſcopo inſeruientium, radicum, lignorum, &c. Ergò in genere fit ex gummatibus, & pulueribus.

In ſpecie verò COMPONITVR 1. *vel* forma *pulueris* ex iam dictis, ab vnc. j. ad vnc. iij. prout vſus debet eſſe diuturnus; priuatim autem ſint gummatum partes 4. puluer. 3. v. g. gummat. vnc. ij. pulu. vnc. ß. &c. modò plus minùs, pro lubitu.

Nota, in vteri affectibus inter pulueres paſſim aſſumi, *Galliam & alyptam moſcatam* ad ʒß. ʒj. vt & aliquando pulueres electuarior. roborantium ad ʒj.

Item, aliquando ſuffitum fieri ex ſola *Nicotiana* iniecta in carbones, vel fumo

inſtrumento

inſtrumento, aut infundibulo excepto; cerebrum mirè expurgat, & pectus à pituitoſis & bilioſis excrementis.

2. *Vel* forma *trochiſcorum*, vide ſupra.

VSVS & FORMVLA *Pulueris*. R. &c. fiat puluis, de quo coniiciatur in carbones ardentes: fumus excipiatur, ſi pro capite, ore hiante, vel ſuffitis ipſius operimentis, quòd paſſim in affectibus aliarum partium ab eo pendentibus, phtiſi, &c. ſi pro pectore, ore patulo; ſi pro vtero & aliis cauitatibus, per infundibulum, vt & cum ſella perforata in vtero; ſi pro doloribus iuncturarum, ſuffiatur lana, bombas, apponatur. *Trochiſchor.* verò R. &c. fiant trochiſc. Vide ſuprà.

VTILITAS vel ad roborandum, vt dictum, vel alterandum vario modo, paſſim ad cerebrum exſiccandum, catarrhos adſumendos, roborandum: ad pituitam pectore conceptam, in variis affectibus, ad vlcera pulmonum ſiccanda, ex *nicotiana, tuſſilag, ſulphure &c.* ad menſes mouendos, ſiſtendos, ſex idoneis; alui fluxus etiam vt dyſenteriam; ad ſuffocationem, ex graueolentibus per ſuperiora, ſuauibus per inferiora; ad vterum ſicandum, roborandum, pro conceptu vtiliſſima. Ad vlcera auriũ, nariũ, oris pulmonum, veteri, &c.

ad luem ex *cinnabari* vt paſſim,(cuius fumus toto corpore conceptus in conclaui labem illam ptyaliſmo excludit) & affectus ſimul inde pendentes, vlcera, dolores ſanat. Fit autem paſſim forma pulueris trochiſcorum; *cinnabaris* vnc. jß. gummat. ℥ß. ʒvj. puluer. roborantis ʒij. ʒiij. fiat puluis aut cum *terebinth.* trochiſci.

HVMIDVS. Vapor aliàs propriè appellatur ſitque, ex liquore ad ſcopum idoneo vaporem vi coctionis exſpirante.

COMPONITVR 1. *vel* ex ſimplici liquore, *aceto, vino, aqua vitæ, roſar. &c.* ex olla, &c. Nota aliquando *lapidem pyretem* ardentem iniici in acetum, in tumoribus duris, œdematoſis diſcutiendis, vt & laterem ignitum aceto extingui, & vaporem excipi, quod & tempore peſtis fieri ſolet.

2. *Vel* ex decocto idoneorum, doſi fotus præſcribendo, aut pro partis amplitudine: hinc auribus affectis tertia pars ſufficiet.

VSVS, FORMVLA. ℞. &c. fiat decoctum, cuius vaporem ſumat in vteri & aliis affectibus, per ſellam perforatam, & fiſtulam plumbeam, aut infundibulum. Vide Inſeſſionem. In aurium affectibus per tubulum, aut infundibulum, quod Emborum vulgò vocant.

VTILITAS maxima, in vterii affe-

ctibus

ctibus præſertim, menſibus ſiſtendis, aut mouendis, ex emollientibus & attenuantibus: in dyſenteria ex aſtringentibus: in ani variis affectibus, procidentia, hæmorrhoidibus ſiſtendis, leniendis: ad affectus aurium & oculorum etiam præſcribuntur. In ſumma, ad ſiccandum, aſtringendum, laxandum, emolliendum, diſcutiendum, aperiendum, &c.

CAP. X.

DE ODORAMENTIS.

PARTIM ad voluptatem, partim ad ſanitatem præſcribuntur, maximè verò cerebri alterandi gratia, ſpiritus recreandi animalis, ad graues odores fugandos, ad auram peſtilentem; ad cordis etiam vires & ſpiritus, vapore odorato per nares in fauces vnà cum aëre, deinde in cor effuſo.

Fiunt autem ex ſuauiter fragrantibus: ſuntque ſicca, & humida.

Odoramenta ſicca.

COMPONITVR 1. *vel pulueris*, vide Suffitum. Huius autem doſis pro vtendi modo: ſi pro ſacculis maioribus, præſtat vti puluere violaceo aut cypreo: pro

minoribus verò ſufficient puluer.vnc ij.vnc. iij.ita tamen, vt gummatum doſis minuatur. vidè ſuprà. Fiat puluis, qui vel pyxide concluſus perforata, aut aliàs, quoties videbitur, naribus admoueatur, vel nodulo, aut ſacculo ſerico includatur ad vſum.

2. *Vel* forma *pomi odorati* ex puluere dicto in ſuffitu ad voluptatem ad vnc.j. vnc.j. ß. vnc.ij. addito *moſcho, ambra zibeta* ad ℥.vj. ℈ ß. ℈ j. ad lubitum. Excipitur autem vel *gummi tragacamtha*, ſoluto *in aqua roſarum*, fiant poma odorata numero duo, manibus geſtanda, odoranda ſæpiùs, vel, quod meliùs, ladano ſoluto incorporetur. Fiat pomum, quod illinatur oleo odorato. Et nota obiter, præſtare *ambram, moſcham, zibetum* in compoſitione non vocare: ſed his ſolutis ſuperficiem pomi illinere, vt & *oleo cinam. garyoph.* ſolis mixtis, ac ſæpiùs renouare.

3. *Vel* forma *globulorum*, ex eadem paſta, ex qua pomum, doſi tamen pro eorum quantitate. Quibus Pharmacopœi addunt ad ad molem, *carbones ſalicis*.

4. *Vel* forma *ſaponis odorati*, pro manibus & capite abluendis, ex *ſaponis Veneti*, vel alalterius albi vnc.iv. pulu. odor. ʒ vj: &, ſi lubet, *moſchi, ambr.* ℥. iij.iv. cum *aquæ roſarum* q.ſ. incorporentur, fiant globuli, ſeu pilæ maiores.

VSVS. Odore vapor ſæpiùs excipiatur, ſapo verò ad manus abluendas, aut caput à ſordibus.

VTILITAS initiò expreſſa.

Odoramenta humida.

COMPONVNTVR 1. forma *aquæ odoratæ*. Hæc autem vel ſimplex, *aqua naphæ*, quam aliàs Practici *aquam citrangulorum* appellant, ad cuius V. 6. vnc. iij. *ambr. moſch.* maximè g̃. ij. iij. addere potes. Compoſita fit ex rebus odoratis liquidis, vt *aqua roſ. naphæ* ℥ vj. aq. cinam ℥ j. ſiccis, puluer. odoratorum ʒ ij. ʒ iij. ʒ. iv. *moſch. ambr.* ſi vis, grana aliquot.

2. *Vel* forma *linimenti*, Balſamum hodiè vocant odoratum, ex ceræ albæ ſæpiùs liquatæ, lotæ ℥ j. olei idonei ʒ j. & ſimul ſi vis, *ambr. zibetæ, moſchi* grana aliquot: vel craſſiùs ex pulu. odorati ℥ ß. *ceræ* ʒ iij. *olei de Been*, vel amygdal. dulcium q. ſ. fiat linimentum, addito *moſcho ambra, &c.* ad grana aliquot.

VSVS. *Aquæ* pro lotione manuum, barbæ, capillorum maximè eſt, *Balſami* vſus idem, & vtilitas, quæ odoramenti. Poſſunt & tùm manus leuiter, tùm narium interiora oblini, ad fœtorem maximè fugandum,

cerebrum, cor confortandum, & horum ſpiritus.

CAP. XI.

DE SCVTO.

IN genere topicum ſtomachicum eſt ſolidius, ſcuti forma effigiatum, quod cùm emplaſtri effigie & ſacculi formari ſoleat, vſus ferè inualuit, vt & ſacculus roborans ſæpiùs pro ſcuto vſurpetur.

COMPONITVR igitur 1. *vel* formula *ſacculi*, ex pulueribus ſtomachicor.calidor.iis obſeruatis omninò, quæ in cucupha, à qua etiam forma tantùm differt in vſu, ita vt doſis pulueris ſit ℥ ij.

2. *Vel* forma *emplaſtri*, ex maſſæ emplaſtri ſtomachici, vt *de maſtice* ℥. ij. puluer. ſtomachic. ℥. ß. cui aliquando gummata odorata ad ʒ ij. adduntur, excipiuntúrque *terebinth.* q.ſ.

VSVS & FORMVLA. *Sacculi.* ℞. &c. fiat puluis craſſiuſculus, qui excipiatur cotone muſcatellino, vel flocci, panni coccinei, & cum panno ſerico, fiat ſacculus ſcutiformis, interpunctus vel interbaſtatus, qui collo appenſus, geſtetur ſupra regionem ventriculi, irroratus aliquando, ſi lubeat, pauca aqua vitæ.

Emplaſtri

Emplaſtri. R. &c. fiat emplaſtr. ſcutiforme ſuper alutam, ventriculo applicetur, illitum, ſi vis, oleo, aut puluere conſperſum, ne adhæreat.

VTILITAS. Inſignis poſt purgationes ad ventriculum roborandum, intemperiem frigidam, robur, coctionem, ad vomitū, &c.

CAP. XII.

DE PESSARIO, ET NASCALI.

MEDICAMENTVM ſinui pudoris indendum, variis vteri affectibus expugnandis, à varia forma variè olim nominatum.

Peſſaria dicitur, quod figuram habet longam digitum indicem, craſſam pollicem, teretem, aliàs Peſſus: quidam προστασκοοτά, *quæ verò rotunda inſtar noduli, Naſcalia.*

Duplex autem ſtatuo ab effectu: Purgans, & Alterans.

Purgans.

COMPONITVR 1. *vel* ex opiata laxante ſola, ad ℥ j ß. ℥ ij. pro duobus nempe: (bina enim ſemper præſcribenda, vt altero extracto alterum indatur,) incorporetur cum ſucco aliquo, v. g. *mercurial.*

Nota, huic opiatæ addi aliquando pulueres, vel aperientes acres vterinos, ad ʒ j ß.

℥ ij. vel purgantium ſimplicium, aut compoſitorum. ad ℥ ij. cum ſucco incorporentur. Item horum loco. *gumma ammoniacum, myrra* adduntur ſæpiùs ad ℥ ij.

2. *Vel* ex puluere ſimplicium catharticorum, aut compoſ. electuar. vt, *hieræ picræ* ad ℥ vj. ℥ j. vnà cum alterantium vterinorum ℥ j ß. ℥ ij. cum *mellis*, vel ſucci, vel vtriuſque q. ſ. incorporentur.

3. *Vel* ex ſuccis cum melle coctis ad opiatæ conſiſtentiã, additis puluer ibus catharticis hac proportione: ſucci ℥ ij. ℥. iij. *mell.* ℥ j ß. pulu. ℥ ß.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. cum ſantalo rubro, vel panno ſericeo, fiat peſſus, vel cum pauco cotone excipiatur, obuoluaturque panno ſericeo rubro, fiat peſſus magnitudinis debitæ, qui filo coxæ alligatus, (vt extrahi poſſit pro libitu, quod fit poſt 4. 6. horas, quò ſordes eluantur, poſteà iterum idem vel alius immittitur, ideò duplex ſolet effingi,) indatur, veſperi maximè hora ſomni.

Nota, antequam idatur, dici paſſim, ipſe, vel interiora vuluæ illinantur oleo idoneo. *Vſus* autem per triduum, quatriduum eſt.

VTILITAS. Poſt purgationes, maximè autem in intemperie frigida, qua accu

cumulantur excrementa pituitoſa copioſa, & ſordes:vnde ſæpiùs ſterilitas, &c. item aliquando vbi inſtituta diæta, atque tunc toto ipſius decurſu vſurpantur. Eſtque optimum: vt componantur ex purgantium & corroborantium ana part. æqual. Valet etiã ad menſes mouendos. Mirè enim alliciunt, ſi *moſchum* maximè & *zibetum* addas. Vtiliſſimum etiam, & vſitatum, conficere purgãtia & roborantia ſimul, vt iam dictum, pro conceptione iuuanda, quorum vnum antè viri congreſſum indat, alterum poſteà, ex ſolis roborantibus, adſtringentibus.

Alterans & Roborans.

Peſſaria, quæ non purgant, biuariam præſcribuntur vel adroborandum vterum, vel ad alterandum vario modo.

COMPONITVR 1. *vel* forma *opiatæ* ex puluere idoneorum vterinorum, radic. folior. aromat. &c. quæ incorporantur idoneis.

Doſis autem puluerum ʒ vj. ℥ j. aliquando ℥ j ß. Incorporans, *vel mel* q. ſ. *vel* ſuccus q. ſ. atque tunc vſitatè coto iſtà mixtura imbuitur, fiat peſſulus obuolutus, &c. nam vbi cum melle excipitur. quando

quidem conſiſtentia craſſior, non opus cotone, fit peſſus, &c. cum panno ſericeo. Poteſt & ſyrupo excipi idoneo.

Nota, vtiliter etiam cum ſuccis fieri coctis cum melle, in formam opiatæ.

Item nota, aliquando præſcribi opitam officinalem, vt *tripheram perſicam ſine opio*, ad vnc. ß. pulu. ʒ ij. vnc. ß. more opiatarum.

2. *Vel* formâ *linimenti*, ex pulue. ʒ vj. ℥ j. cum *olei nardini* & *ceræ* q. ſ. fiat inſtar linimenti, quo imbuitur coto, vel lana carminata: formatur peſſarium, tenui panno ſericeo obuoluendum.

3. *Vel* formâ *ſuppoſitorij*, ex *mellis* ℥ j ß. ℥ ij. cocti cum ſucci idonei ℥ ij. ℥ iij. addendo, ſi vis, pulueris ℥ ß.

4. *Vel* ex foliis vnguentis idoneis, qui cotone excipiantur, vel aliàs, vbi adſtringendum, ex *vnguenti comitiſſ.* & puluer. idoneorum ana ℥ j.

5. *Vel* ex herbis viridibus ad M j. contuſis, cum melle, vel ſucco incorporatis, addito, ſi lubet, puluere ad ℥ ß. ʒ vj.

6. *Vel* ex cotone ſolo, maximè in vteri ſuffocatione, *zibeti* ʒ ß. imbuto, aut moſco ſoluto, & aliis adoratis, ſtatim indito.

Item, coto peſſario vtiliter, ad alios ſcopos, imbuitur ſuccis idoneis, ad ℥ ij. ℥ iij. Quod efficax vbi aſtringendum, quibus, vt

paſſim,

paſſim, pulueres addi poſſunt ad ℥ß. ʒvj. vt ſuprà, vel alia idonea, vt *butyr. axungia, pinguedo*, ad emolliendum, &c.

VSVS & FORMVLA. Vide Purgans. Peſſarium ſolidum præſtat etiam ſemper panno ſericeo rariſſimo inuoluere, vt commodius poſſit extrahi; liquatur enim: item quia adſtringendum, ſiccandum, ſæpius renouari debet.

VTILITAS. Ad roborandum vterum, vt dixi: tum etiam alterandum vario modo, ad ipſius inflammationes, duritiem emolliendam, intemperies varias, ad omnem fluxum vterinum, prolapſum, ſuffocationem, fœtum excludendum, ad ſecundinas, ad menſes mouendos; ſed talia ferè ſimul fiunt purgantia: quibus non vtendum, niſi poſt purgationes vniuerſales, ad vlcera ceruicis, vt ad vteri *ſuffitus.*

Hac de Peſſario, ſequitur.

NASCALE.

Alij idem quod Peſſarium ſtatuunt: alij habent pro Nodulo, vt vocant, vel Penicillo. Inuentum vel propter virgines, præ pudore peſſaria recuſantes, vel etiam cùm mulieres peſſaria admittere nequeunt, vt quando adſunt vlcera, &c.

Quicquid ſit, COMPONVNTVR

N

penicilli in nodi effigiem, ſuntque molliſſimi ex cotonis, vel lanæ flocculo aut hapſo, qui inſuccatur, vel ſucco idoneo, vel vnguento, vel aliis ſupra dictis, quorum doſis vix definitur: *hapſus lanæ* ferè v. g. præſcribitur, qui imbuatur rei talis ſ. q.

Tales etiam fiunt ad ſuffocationem: cotonis flocculo *zibeto* leuiter imbuto, vel *moſcho oleo nardino* ſoluto verbi gratia, vt ſuprà.

VSVS peſſariorum.

VTILITAS in virginibus eadem quæ peſſariorum, fiunt & ad vlcera ſeruicis, ad dolores, &c.

Cap. XIII.

DE SVPPOSITORIO.

TOPICVM *ano dicatum, eſt medicamentum oblungum* 3. 4. *digitos figura tereti & rotunda candelæ inſtar, olim glandis forma, vnde Græcis* βάλανος, *hodiè vulgò* Suppoſitorium, *ad aluum ſolicitandam maximè, & ad alios effectus comparatum.*

Eſt autem vel ſimplex, vel compoſitum.

Simplex.

Fit vel ex caule, ac radice *betæ, braſſicæ, altheæ*, detracto cortice externo, quibus aliquando, ad augendam vim irritandi, *ſal* aſpergitur, & oleo illita induntur: ex *caule* etiam *porri* butyro iniuncto, *ſapone albo* in formam glandis acuminato, vt etiam *mel ſolum* coctum in duritiem: ſic enim acre euadit.

Compoſitum.

Fit ex *melle*, vt baſi, cocto, & indurato vſque digitos ampliùs non inquinet, ac pulueribus ipſi cocto additis hac doſi: vt *mellis*,

℥j. excipiat puluer. ℈iv. ʒj. ad ſummum, prout puluis leuior,aut etiam fortiùs agere volumus,quæ compoſitionis quantitas pro duobus,tribus, ſuppoſitoriis ſufficiet.

Mel autem per ſe coquitur, vel cum ſuccis,ad irritandum, aut alios ſcopos, idoneis:ſit autem ſucci ℥j.℥jß.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c.fiant ſuppoſitoria,quorum vnum oleo, vel butyro illitum indatur, vrgente neceſſitate,ita vt ſi ſint purgantia, ſemel, bis in die ſufficiat;ſi ad alterandum, ſæpiùs poſſint admoueri; ſi ex narcoticis, ad dolores, diutiùs ne morentur, ne paralyſim inducant, (hinc & filo alligari ſolent, vt retrahantur pro lubitu,)nec ſæpiùs immitti.

VTILITAS. In genere duplex, vel ad aluum & expultricem irritandam, vel ad proprios ani & recti inteſtini affectus.

Suppoſitorio autem aluus ſollicitatur, quòd ſic ferat ætas, quæ clyſterem facilè ſaltem non admittat, vt paſſim in lactantibus & puerulis:quia etiam conſuetudo, & moroſitas quorundam clyſterem renuit, vt virgines.Item vbi clyſteres tardiùs operantur, vt in colica ſæpè:vel vbi medicamenta aſſumpta non operantur: vbi fæces in aluo hærent;vbi rectum ob fæces induratas clyſterem non admittit: vbi facultas

expultrix

expultrix immemor officij.

Item ad reuellendum, vbi humores ad ſuperiora vergunt, ad caput, precordia, aut aliàs vbi reuulſionis gratia à ſuperioribus reuellendi purgandique, veluti paſſim in affectibus capitis frigidis & ſoporoſis, quibus hac ratione ſimul facultas ſopita excitatur; vbi etiam à clyſteribus offenduntur ægri, &c.

Præter illum laxandi ſcopum fiunt etiam ad proprios ani affectus atque recti inteſtini ex *melle*, vt baſi, atque materia ad intentionem idonea modò ſuprà dicta: ſic ad hæmorrhoides aperiendas cum acribus, ad ſiſtendas cum idoneis, ad teneſmum, ad aſcarides, vlcera, ſphyncteris laxitatem & paralyſin, dolores cum pulueribus appropriatis *melli*, vti dictum, doſi allata permixtis.

Aduerte obiter, circa materiam *ſuppoſitoriorũ laxantium, alia eſſe leuiora, ſimplicia, ſuprà recenſita pro infantibus, alia fortiora, quæ conſtant ex* ſale, ſtercore muris, *pulueribus purgantibus ſimplicibus*, aloës, agar. ſennæ, *compoſitis*: hieræ picræ *paſſim*: *alia inſuper validа, quorum vſus maximè in ſoporoſis*, ſal. gemm. ſal. ammon. nitrum. *Purgantia ſimplicia*, colocynth. *compoſita*, hiera, diacolocyn. *ad* ℈ß. ℈j. *Item ſi ad dolores* opium *admittatur, cautè ob metum paralyſis, & vix ad* ℈ß.

Cap. XIV.

DE CLYSTERE.

A*Blutionem ſignificat à κλύζω, abluo, Græcè κλυστὴρ, κλύσμα, κλυστήριον, & ab iniectione Enema, ab ἐνίημι, iniicio, in genere ſignificat quamuis ablutionem aut iniectionem in partem quamlibet, priuatim verò quæ in anum.*

Triplex autem ſtatui poteſt: Purgans, Alterans vario modo, Roborans.

Clyſt. r purgans.

COMPONITVR ex liquore idoneo, in quo vnà cum *melle, ſaccharo, oleo*, purgantia etiam varia diſſoluuntur. Vnde etiam totidem in ipſius compoſitione ſunt conſideranda: ſummatim verò duo; *Liquor* ex quo, & *Diſſoluenda.*

Quod ad LIQVOREM, ratione *qualitatis* vel eſt *decoctum commune clyſteris* in officinis vſitatum, vel *decoctum magiſtrale*, quod è re nata, pro intentione, ex idoneis præſcribitur. Eſtque *alterans*, vel *purgans.*

Alterans (quod vſitatum ferè tantùm) componitur ex idoneis emollientibus calefacientibus, refrigerãtibus, pro intẽtione,

radic.

radic.fol.ſem. fruct. floribus, hac ferè proportione: vt radicum ℥ ij.iij.fol.M.iv.ſem. ʒvj.℥.j.℥jß.ad ſummum,fructuum par.viij: flor.P.iij.præſcribantur.

Purgans ſi volueris efficere, (quod tamen rarius,quia poſteà purgantia vſitatè diſſoluuntur,quæ ſufficiunt,)id facies pro pituita *ſemin.carthami* contuſi ʒ vj.℥j. *agaric.* in nodulo ʒiij.*turbith.el.*&c.ʒij.pro melancholia *polypod.*℥j.*ſennæ* ʒ vj. quæ omnia poſt radices, aut etiam ſemina preſcribenda & decoquenda.Cæterum iſta omnia decoquuntur in liquore idoneo, vel in aqua tantummodò.

Quod ad *quantitatem liquoris*,varia eſt,pro ætatis ratione maximè,infantulo, v. g. 4.5. menſium,ſi admitrant clyſterem,℥iij. ſufficient,adultiori ℥v. ℥vj. adultis plerumque ℔j.in vaſtis hominibus ℔jß.

Aduertas obiter,in grauidis, hydropicis, flatulentis,ſenibus, infrà ſubſiſtendum, vt totus clyſter libram non excedat, item vbi diutiùs volumus retineri.

DISSOLVENDA ratione *qualitatis*, ſunt *alterantia*,vel *purgantia*.

Alterantia,quæ paſſim diſſoluuntur, ſunt *mel*,& *ſaccharum*, item & ſemper *oleum*, à qua tamen commodiſſimè poteris abſtinere, vbi expultrix acriter erit ſollicitanda,

vel vbi reuellendum potenter. His aliquando & *ſal* additur *ſal gemmæ* vſitatè, vbi magis eſt irritandum, in ſoporoſis maximè.

Purgantia verò ſunt opiatæ officinales, lenientes tantùm, vel catharticæ, pro varietate humorum purgandorum & temperamenti corporis diuerſæ.

Aliquando harum loco pilulæ diſſoluuntur in affectibus ſoporoſis.

Quod ad *quantitatem*, alterantia, *mel, ſaccharum*, in adultis ad ℥ij. iij. ad ſummum diſſoluuntur; in infantibus quarta ſufficiet & minor: *oleum*, in adultis ad ℥ iij. *ſal.* ad ʒ. ß. ʒj. opiatæ, doſi dupla ad eam, qua per os aſſumuntur; vſitatè autem ad ℥j. ß. niſi admodum lenientes, vel agendum validiùs: tunc enim ℥ij. præſcribentur, in infantibus quartam præſcribas. Quòd ſi pilulas præſcripſeris, (quod rariſſimum) ad ʒij. ʒiij. id feceris.

VSVS & FORMVLA. R. &c. fiat decoctio, cape de colat. &c. in qua diſſolue, &c. fiat clyſter. iniiciatur longè à paſtu vacuo ſtomacho: tamen & quauis hora, vrgente neceſſitate, poterit præſcribi, vt in ſoporoſis, &c.

VTILITAS. 1. quidem ad inteſtinorum fæces expurgandas, & humores excrementitios varios, vndecúnque fuerint cumulati, expurgandos.

expurgandos. 2. Ad partes vicinas, renes, veſicam, meſenterium, ventriculum ab iiſdem vacuandas. Porrò etiam remotiores, vt caput, pectus, &c. expurgatis enim inferioribus conſecutione quadam ſuperiores exonerantur, ideò & pro reuellentibus remediis habentur.

Clyſter alterans.

COMPONITVR etiam ex *liquore* idoneo, & *diſſoluendis propriis.*

LIQVOR ratione *qualitatis*, varius admodum eſt pro ſcopo, vel enim *ſimplex* eſt, vel *compoſitus.*

Simplex, vt aliquando *lac*, aut decoctum *capitis*, *inteſtinorum vervecis* pro liquore anodyno, vt in dyſenteria, colica, &c.

Aliquandò ex *oleo ſolo*, vt in flatibus, colica, *vino generoſo*, aut *Hippocratico* in iiſdem.

Aliquandò & ex *lacte ferrato*, pro aſtringente: aliquando & aliàs ex *decocto hordei*, vel ſimul *furfuris*, *roſarum*, pro detergente, quod paſſim fit, iis tribus ad P. j. præſcriptis.

Ex juſculo *carnis pulli caponis*, *&c.* pro nutriente.

Compoſitus liquor, qui paſſim in vſu eſt pro

eiuſmodi clyſtere, eſt decoctum variarum partium ſtirpium ſuprà dictarum, plurium, pauciorum, quæ reſpiciant partem affectam & affectum, doſi dicta in purgante.

Quod ad *quantitatem* liquoris, vide ibidẽ.

DISSOLVENDA in alterante ratione *qualitatis*, varia omninò ſunt pro varietate indicationum, (licet obiter rarò alterans ſine purgante, niſi indicationes omninò diſſuadeant, vt in anodino, nutriente, &c.)

Diſſoluuntur autem paſſim, *mel, ſaccharum oleum*, doſi dicta.

Aliquando *oleum* nullo modo, ſed tantum *mel* & *ſaccharum*, vt in detergente: & contra in emolliente *oleum* præpollet, vt & *butyrum*, ſi volueris, & pinguia eiuſmodi.

Præter hæc, vel etiam ſine his, pro indicationum præſentia, aliquando ſucci diſſoluuntur, vt in adſtringente clyſtere, ex foliis, (qui obiter etiam in catharticis vtiles, ex vellicantibus ſc.) item & pulueres adſtringentes, vt paſſim fit in alui fluxibus & dyſenteria maximè. Aliquando *ſeuum hircinum* in diſenteria, ad dolorem & oblinendam veluti faciem internam, ne acres humores magis exulcerent; obiterque nota, *oui vitello* diſſoluendum, alias ſtatim congelaſcit. Aliquando *vrina*, vt in aſcite. Sic & *philonium*, pro narcotico.

Pro

Pro nutriente verò proſunt conſeruæ idoneæ, *ſacchar. album*, conſummata, *confectio* etiam *Alkermes* vbi ſimul maximè corroborandum: *theriaca* etiamnum, de qua obiter notetur, in hypercatharſe & dyſenteria epidemica recentem mire operari, & ſubitò.

Quod ad *quantitatem*, varia etiam omnino eſt, pro diſſoluendorum diuerſitate.

Mel. ſacchar. ad ℥ij. ℥iij.

Butyrum, & alia pinguia, ad ℥iij.

Succi, ad ℥ij. ℥iij.

Pulueres, ad ʒvj. ℥j. plus, minus pro efficacia.

Seuum ℥ß. ℥j. loco cuius & candela vulgaris vſurpari poteſt, cuius litu videmus etiam excoriationes ſtatim perſanari.

Vrina, ℥ij. ℥iij.

Philonium, ad ʒij. à. ʒj.

Conſeru. ab. ℥ß. ad ℥jß.

Sacchar. album, ℥ij. ℥iij. vt & conſummata.

Confect. ʒj. ʒij. pro ditiorib.

Theriaca, *recens*, à ʒß. ad ʒj. vel paulò plus.

Vitelli ouorum numer. 1. 2. in anodyno leuiter detergente, nutriente.

VSVS & FORMVLA. Vide. Injicitur autem hora commoda quacunque vrgente neceſſitate.

NB. Nutrientes maiore copia præſcribi, ſæpiùs reiterari, diutiùs aſſeruari debere; contrà de aliis.

VTILITAS. Primò quidem in vitiis & affectibus inteſtinorum, craſſorum maximè, pro eorum diuerſitate varia emergit, deinde vicinarum, &c. Fiunt & ad alterandum vario modo inteſtina, corpus vniuerſum, vt ad refrigerandum in affectibus variis, & partium vicinarum intemperiem calidam, ad emolliendas fæces, humorum acrimoniam leniendam, ad dolores demulcendos inteſtinorum; renum, veſicæ, vteri: ad flatus diſcutiendos, ad detergendum tùm humores excrementitios, tùm vlcera dyſentericorum, ad ea conſolidanda, ad fluxus alui adſtringendos, ſiſtendos, ad vermes eliciendos, enecandos, ad nutriendum, & nulla ferè affectio, vel corporis pars, quæ à clyſtere ſolamen non percipiat, maximè eo, qui aluum expurgat, qui ideò etiam omni purgationi vtiliter præmittitur, vt facilior fiat & expeditior viis patentibus purgatio, ſine tormine vel vomitu, cum alias impuritates variæ retineantur, quæ vel ipſæ remeant in varias partes, vel tetris inde exſpirantibus vaporibus, vario modo ipſas afficiunt; ſuccos bonos, ſpiritus contaminant, calorem obfuſcant, opprimunt.

CAP. XV.

DE INIECTIONIBVS variis.

PRÆTER iniectiones, quæ in anum ſiunt, aliæ etiam in varias corporis noſtri partes præſcribuntur: in aures, vterum, veſicam, penem, ſinus, ſiſtulas maximè, quæ generis nomine Clyſteres etiam appellantur.

In Aures.

COMPONVNTVR. 1. *Vel* ex ſolis oleis, ſuccis, aquis, decoctis idoneis, pro varietate affectionum.

2. *Vel* ex horum duobus, tribus, ſimul mixtis, in quibus aliquando varia ſcopo inſeruientia diſſoluuntur; ſed parca doſi, & quæ ferè etiam ſunt liquida.

Quod ad *quantitatem* liquidorum.

Oleor. ℥ ß. ℥ j. ʒ vj. ſufficient, pro eius efficacia & vſus longitudine.

Succi, aquar. decoct. ℥ j. ℥ ij. ſiue ſola, ſiue mixta, ſat erunt, pro vſu & efficacia.

Quod ad *quantitatem*, ſoluendorum parca eſt, propter exquiſitum ſenſum & paruitatem partis, & ſi ſint pulueres, ad ℈ ß. ℈ j. ſi pinguia, ʒ ij. *mel* ad ℥ ß. &c.

VSVS & FORMVLA. R. &c. inſtillentur in aurem gutt. 2. 3. plures pro medicamenti facultate: aliquando & liquore auris poterit adimpleri; ſed paulò poſt reclinato capite expurgari, vt maximè cum decocto vtimur: ſi *oleum* ſit ſolum, guttæ quædam infundantur, obturatur dein auris cotone muſcarellino, maximè ſi affectus frigidus.

VTILITAS maximè ad inflammationes, dolores, vlcera, tinnitum, ſurditatem, vermes, & alios aurium particulares affectus, vide materiam.

In Vterum.

Vocantur alias Clyſteres vterini. Siringa vero, per quam liquor in vterum infunditur. Græcis dicitur μητρεγχύτης, vnde & ipſa medicamenta Metrenchytica.

COMPONITVR 1. ratione *qualitatis*, ex decocto radic. folior. &c. doſi clyſteris, de cuius colatura cape ℥ iij. iv. fiat iniectio: ſeruatur tamen ℔ j. pro pluribus iniectionibus.

Nota, ſic fieri ſimpliciter iniectionem, alias verò etiam huic liquori vſitatè addi varia pro ſcopo, vt dictum in alterante clyſtere, eaque doſi dimidia, vel potius ſubtripla.

2. Vel

2. *Vel* ex ſuccis herbarum depuratis.

3. *Vel* ex aquis deſtillatis.

4. *Vel* alio ſimplici liquore, vide Clyſterem.

5. *Vel* ex iis mixtis, ita vt ℥ iij. iv. pro iniectione ſufficiant, in quibus, vt dictum, ſi quæ faciant ad intentionem, doſi dicta poteris diſſoluere.

VSVS & FORMVLA. ℞. &c. fiat iniectio in vterum tepidè per metrenchytem.

VTILITAS. ad varios vteri affectus, ad inflammationes, vlcera, dolores, flatus, calefaciendum, refrigerandum, menſes mouendos, ſiſtendos, ſecundinas, vteri prolapſum, impuritates varias detergendas. Materiam vide in hyſtericis & aliis tabulis.

In Veſicam, & Penem.

COMPONITVR ex liquore idoneo, vt ſæpius dictum, ſimplici, compoſito, vide clyſterem alterantem, fiunt & ex emulſionibus, vt paſſim in gonorrheâ, ad ardores.

Quod ad *quantitatem*, ℥iij. ℥iv. ſufficient.

Nota, in hoc alias nihil, alias aliquando diſſolui *mel* præſertim, vel ſyrupum idoneum ad ℥j, nonnunquam rerum variarum

puluerem, ſed læuigatum in Alcool ad ʒj. ʒj.ß.ʒij.

VSVS. &c.fiat iniectio per ſyringam:aliquando,vbi via in veſicam præpedita, illud cum cathetere perficiendum imperatur.

VTILITAS maximè ad detergendum tum mucum veſicæ orificio adhærentem,tum vlcerum ſordes,ad dolores,exulcerationem, carnis excreſcentiam,&c.ad ardorem & inflammationem,vt paſſim in gonorrhæa virulenta,ad vlcera exſiccanda,&c.

In ſinus & fiſtulas.

COMPONITVR,ex liquore doneo:cuius doſis pro fiſtulæ amplitudine,in quo diſſoluuntur idonea, idque doſi liberaliore:vbi iniectiones alias priuatas imitare,quod ad *quantitatem* liquoris,& diſſoluendorum ſcil.

VSVS.Fiat inectio per ſyringam.

VTILITAS.Ad callorum obſcurationem, maximè detertionem, carnis generationem, ad cicatrizandum, quorum materiam vide ſuo loco.

SOLI DEO GLORIA.

CATHAR

CATHARTICORVM DOSES IN ſubſtantia; quarum frequens eſt vt in tractatu de compoſitione Medicamentorum.

CHOLAGOGA.

Mitiora.
- *Caſſia* ab ℥ ß. ad ℥jß. ℥ij.
- *Manna* ℥j. ℥ij. ℥iij.
- *Tamar.* ℥j. ℥ij. ℥iij.
- *Succ.Roſ.* ℥j. ℥jß. ℥ij.

Mediocria.
- *Aloë* ℥j. ʒij. ʒijß.
- R*habarb.* ℥j. ʒʒjß. ʒij.
- *Myr.citr.* ℥ij. ʒiij. ℥ß. M. ʒv.

Vehement.
- *Scammon.* g̃. vj. xv. ℈j. Dioſ. Paul. Aetio ʒj. Meſ. *ad* g̃ xij.

MELANAGOGA.

Mitiora.
- *Senna* ℈ij. ʒj. ʒjß. ʒjj. quid. ʒiij. ſuæ ʒj.
- *Polyp.querc.* ʒij. ʒiij. ℥ß.
- *Epithymum* ʒij. ʒiij. ℥ß.

Vehement.
- *Hellebor. nig* g̃ xv. ʒß. ℈ ij. Me-
- *Lap. arm. lot.* ʒß. ʒj. ʒjß. illotus ad ʒj.
- *Lapis Lazuli* ʒß. ʒj. ʒjß. Meſ. à ʒ ij. ad ʒij. ß.

PHLEGMAGOGA.

Mitius.	*Carthamus*	ʒ j. ℥ß. ʒ vj.
Mediocr.	*Agaricus*	℈ij. ʒj. ʒij. (ad ʒ j.
Vehement.	*Turbith.*	℈ j. ʒj. ℈ iv. Meſ. à ʒjß.
	Hermodact.	℈ j. ʒj. ʒjß. M. à ʒ j. ad ʒ iij.
	Mechoaca	℈ij. ʒj. ʒjß. vel ij. ad
	Rad. Ialap.	℈ j. ʒj. ℈iv. (ſummum.
	Colocynth.	g̃. vj. xv. ℈j. Dioſc. ℈ij.
	Opoponax.	ʒß. ad ʒj.
	Sagapenum	ʒß. ad ʒj.
	Euphorb.	g̃. iij. viij. xij.

HYDRAGOGA.

Mitiora.	*Ebuli*	*ſemen*	ʒj.
		cortex	ʒij.
		ſuccus	℥ß. ʒ. vj.
	Sambucus eodem modo.		
Vehement.	*Soldanella*	ʒj. ʒjß. ʒij.	
	Ireos ſuccus	℥ß. ℥vj. ℥j.	
	Elaterium	g̃vj. ℈ß. g̃. xv.	
	Eſula præpar.	g̃vj. ℈ß. g̃. xv.	
	Mechoaca & Ialap.	Vide ſup.	

INDEX

INDEX RERVM.

A

ACetum deſtillatum. 94
Apozema Alterans. 1
Eius vſus. 9
Aperiens. 2
Purgans. 11
Apophlegmatiſmus ſiccus. 267
Liquidus. 268
Amygdalatum. 121
Antimonij infuſum 93
Vitrum. ibid.
Aqua benedicta. ibid.
Aromatizatio. 8

B

BAlneum ſimplex. 217
Compoſitum. 218
Balſamus odoratus. 23
Bochetum. 143
Bolus Purgans. 155
Roborans. 159

C

Caſſia in potione. 46
Cataplaſma. 240
Ceratum cum unguento confunditur. 231
Clyſter Purgans. 294
Alterans. 297
Nutriens. 299
Collyrium humidum. 257
Liquidum. 258. & ſeq.
Siccum. 263
Melliforme 262
Conditum. 275
Crocu s metallorum. 93
Cucupha. 255

D

Decoctum. 5
Decoctum Purgans. 38
Alterans Officinale, & Magiſtrale. 40
Decoctum Galli. 145
Alterans. ibid.
Purgans. 147
Corroborans. 57
Dentifricium. 269
Deſtillatum inſtaurans. 248
Diæta. 113

Alterans

Alterans. 232
Vacuans. 135
Sudorifica ibid.
Sudorifica cathartica. 110
Dropax. 244

E

Eclegma. 170
Offic inale, & Magiſtrale. ibid.
Electuaria in potione. 49
Embrocatio. 222. & 224
Emplaſtrum. 235
Officinale, & Magiſtrale. ibid.
Emulſio. 11
Epithema Liquidum. 208
Solidum. 2063
Epithymum in decoctis. 25
Errhinum. 237
Purgans. ib.
Liquidum. ibid.
Molle. 293
Solidum. ibid.
Alteraus. 241

F

Fotus Humidus. 211
Siccus. 214

Frontale. 252
Fructus minores pondere præſcribuntur ; integri numero. 21

G

Gargariſma. 265
Gualteri tela. 238

H

Hellebori albi infuſio. 92
Hordeatum. 123
Hydromel. 106
Simplex, Aquoſum, & vinoſum. ibid.
Medicatum. 128
Hydroſaccharum. ibid.

I

Ialapæ infuſio. 48
Iniectiones. 301
In Aures. ibid.
Vterum. 299
Penem, & Veſicam. ibid.
Sinus, & fiſtulas. 300
Infantulorum Iulepi. 34

Inſeſſus. 214
Irrigatio. 222
Iulepus. 29
Duplex. ibid.
Vſus eius. 34
Iuſcula, Alterantia, Reſtaurantia. 153

L

Lac. 124
Laconicum. 220
Linimentum. 226
Lotio Cephalica. 208 & *ſeq.*
Pedum. 210

M

Maſſa panis. 181
Mechoacæ infuſio. 47
Mercurius vitæ. 95
Minuens medicamentum. 18
Monſpelienſium Apozemata purgantia. 13
Morſuli. 177
Muſcardini. 198
Myrobalani non coquendi. 15

N

Naſcale. 271

O

ODoramentum. 282
Siccum. ibid.
Humidum. 284
Opiatæ purgantes officinales vſitatiores, minus vſitatæ. 163
Opiata. 161
Purgans. ibid.
Roborans. 166
Oxymel non eſt vomitorium. 97
Oxyrrhodinum. 253

P

PAndaleon. 180
Paſta regia. 177
Peſſariumpurgans. 385
Alterans, & Roborans. 316
Pilulæ. 87
Purgantes Magiſtrales. ibid. & ſeq.
Vſuales. 190
Corroborantes, & Alterantes. 192
Pineolatum. 182
Potio. 36
Potio corroborans. 56
Alterans. 59

Ptarmicum. 208
Purgans. 37
    Eius vſus. 59
Ptiſana. 128
Pus. 242
Puluis Purgans. 199
    Roborans. ibid.
    Alterans. 201
    Externus. 202
Purgantium doſis. 198

Q

Quercinum polypodium. 28

R

Rubificans. 243

S

Sacculi. 248
Scutum. 293
Semicupium. 214
Serum lactis. 124
Sinapiſmus. 246
Sparadrapum, 119
Stupha humida. 220
    Sicca. 221
Sudatorium. 220
Suffimentum. 282
Suppoſitorium. 291
    Simplex. ibid.
    Compoſitum. 292
Syrupus. 61

O

Alterans. 62
Officinalis. 63
Magiſtralis. 65
Purgans. 76
Officinalis. 75
Magiſtralis. ibid.
Syrupus acetoſus non eſt vomitorius. 97

T

Tabellæ. 182
Purgantes. 183
Roborantes. 284
Trochiſci. 195
Magiſtrales parum vſitati. ibid.

V

Vaporarium. 216
Vapor. 283
Veſicatorium. 246
Vinum medicatum. 104
Purgans. 107
Alterans. 104
Vitrioli ſpiritus. 32
Vnguentum. 228
Vomitorium. 87
Triplex. ibid.
Vſus eiuſdem. 98

SYSTEMA

SYSTEMA MATERIÆ MEDICÆ,

CONTINENS

MEDICAMENTORVM
Vniuerſalium & Particularium,
Simplicium ac Cõpoſitorum.

SERIEM AC SYLVAM,

Methodo medendi, ac formulis
Remediorum præſcribendis

ACCOMMODATATAM

A IO. IACOBO A BRVNN,
Phil. ac Med. Doctore, & in Acad. Baſil. Pract. Med. Profeſſ. publico,

MYSTARVM APOLLINEORVM
in gratiam,

Conſcriptum, & hac formâ adornatum
Indicéque auctum.

LVGDVNI,

M. DC. LVII.

PRÆFATIO AD Myſtas Apollineos.

VT artifex cum ſuo commodo nihil efficit idonea deſtitutus materia; etiamſi modus operandi ſit eidem notiſſimus: ſic Medicus in ægrotantium ſalutem, ſine varia medicamentorum ſuppellectile idoneas eorundem formulas concinnare nō poterit; licet rationem componendi perfectè norit. Hinc materiæ medicæ neceſſitas & vtilitas, cuius in hoc ſyſtemate ſeriem ac ſyluam exhibemus, ex variis plantarum partibus, (radicibus puta, corticibus, lignis foliis, floribus, ſeminibus, fructibus, aromatis,) & humoribus, ſuccis nimirum, reſinis, ac gummatibus: animalibus item, integris earumq; partibus, humoribus, (vt ſunt pinguedines, adipes, & medullæ,) excremētis, nec non terra mariq; naſcentibus corporibus, metallicis, terris, ac lapidibus variis, marinis: compoſitis item officinalibus, congeſtam, & in certas claſſes, iuxta ſeriem indicationum, digeſtam: vt ex ea, tanquam locupletiſſimo penu, ac fœcundo gremio, methodo medendi duce, vberrima remediorum materies depromi poſſit, ad polydædalam illam compoſitorum medicaminum varietatem & turbam fabricandam. Hunc itaque noſtrum laborem, Myſtæ Apollinei, id veſtri gratiam ſuſceptum, æquo bono animo ſuſcipite.

PROOE

PROOEMIVM,

DE MATERIÆ *Medicæ nomine, definitione, ac diſtributione.*

VOX MATERIÆ MEDICÆ ambigua eſt, duo præcipuè denotans. 1. Subiectum Medicinæ, ſiue materiam, in quam agit medicus, quæ eſt materia δεκτικὴ, ſiue *paſſiua*, 2. Materiam ποιητικὴν ϗ ὀργανικὴν, *actiuam*, quæ ſub ſe comprehendit inſtrumenta ſanationis, extra intellellectum in rerum natura exiſtentia, ſiue ὕλην βοηθημάτων, materiam auxiliorum medicorum, quam rectè cum Gal. 1. alim. fac. cap. 1. diſtinguimus ab ipſo auxilio, quod eſt prædictæ materiei imago & idea, in mente Medici exiſtens, illam rem ad vnguem repræſentans. In poſteriori hæc ſignificatione vſurpatur vel *generaliter*, pro omnibus inſtrumentis ſanitatis, quibus illa vel conſeruatur, vel reſtituitur: cuiuſmodi organa ſunt triplicia. Alimenta, Medicamen-

ta, & Operationes manuales: vel *ſpecialius* adhuc, quandoquidem morborum curatio vt plurimum Medicamentorum ope perficitur, Medici materiæ medicæ nomine intelligunt ſyluam Medicamentorum, ſimplicium, compoſitorum, quam etiam hîc tractandam ſuſcepimus. *Sed hæc obiter de nomine.*

Eſt itaque *Materia Medica*, hoc loco ordinata ſeries medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, methodo medendi, & formulis medicamentorum præſcribendis, accommodata.

Diſtributionem quod attinet materiæ medicæ, eam prima fronte ita diſtinguimus, vt vel *vniuerſalis* ſit, nullam certam partem reſpiciens, vel *particularis*, ad certam corporis partem, eiuſdemve affectum ſpectans.

Vniuerſalis in tres alias partes ſubdiuiditur. *Prima* reſpicit cauſam morbificam vbivis conſiſtentem. *Secunda*, morborum ſumma genera. *Tertia*, Symptomata communiſſima, maximeque vrgentia, quæ Medici operam quandoque, ſeorſim à cauſa & morbo exigunt.

Particularis conſtabit quatuor ſectionibus. 1. De Remediis *Capitis*. 2. De Remediis *thoracis* 3. De Remediis *ventris inferioris*. 4. De Remediis *artuum*.

LIBER

LIBER PRIMVS
DE MATERIA MEDICA VNIVERSALI.

PARS I.

De Remediis cauſam morbificam reſpicientibus.

HÆC pars conſtat ſectionibus quatuor. 1. Continet medicamenta reſpicientia cauſam morbificam *qualitate* peccantem. 2. Medicamenta reſpicientia cauſam morbificam peccantem *quantitate*, & *ſubſtantia*. 3. Continet medicamenta reſpicientia cauſam peccantem *motu*. 4. Complectitur medicamenta cauſam morbificam *quiete* peccantem ſpectantia.

SECT. I.

De Medicamentis reſpicientibus cauſam morbificam peccantem qualitate.

Typus Sectionis.

- Medicamenta cauſam qualitate peccãtem reſpiciẽtia, referũtur ad cauſã peccantem qualitate, vel
  - Manifeſtâ, eaq; vel
    - Prima: *Alterantia.*
    - Secũda, nimirũ
      - Craſſitie
        - *Attenuãtia.*
        - *Incidẽtia.*
      - Tenuitate: *Incraſſantia.*
      - Duritie: *Emollientia*, quo ſpectant & *grumos diſſoluentia.*
      - Lentore: *Detergentia.*
      - Acrimonia: *Epicerastica.*
  - Occulta. *Alexipharmaca.*

ALTERANTIA.

Quanquam alterantia, generatim loquendo, nuncupentur omnia illa, quæ non modò manifeſtis qualitatibus, iiſque cùm prim is,

primis, tùm ſecundis in nos agunt, ſed & tota ſubſtantia ſeu ocultis qualitatibus nos immutant, hoc tamen loco ſpecialiter & κατ' ἐξοχὼ Alterantis vox denotat medicamentum, exceſſum qualitatis primæ morboſæ contraria ſua qualitate corrigens & emẽdans, ſiue in humoribus ac contentis, ſiue in partibus corporis. Genera alterantiũ tot ſunt, quot intemperies, vt ſuum vnicuique intemperiei contrarium alterans opponatur. Contrariæ verò qualitatis in quolibet alterante gradus ſunt quatuor, & totidem manſiones in ſingulis gradibus. Materiam alterantium nullam proponimus, tùm quia ſuperuacanea: nam ſiue humores ſint alterãdi ſiue partes, non vtimur alterãtibus ita generalibus & indeterminatis, ſed reſpiciẽtibus determinatum humorem, vel partem: tùm quia adhunc methodũ cõponendi medicamẽta ſecundùm formulas externas non adeò neceſſaria eſt; vtpotè in qua non habetur ratio gradus, vel manſionis, quemadmodum in altera methodo componendi, quæ conſideratur ſecundùm formam internam, ac docet modum componendi medicamentum certo gradu tale, V. G. calefaciens in ſecundo gradu, ex pluribus ſimplicibus calidis, frigidis, 1.2.3. gradu, ita proportionaliter inuicem mixtis, vt gradus

inde quæſitus adequatè reſultet.

ATTENVANTIA.

Λεπτυντικὰ Græcis dicta ſunt, quæ craſſos ac compactos humores comminuunt ac diuellunt, vt ſub eadem quantitate maiorem locum occupent. Hæc in genere omnia tenuis ſubſtantiæ eſſe debent, ob quam facilè penetrare poſſunt ac inſinuare ſeſe in humoris craſſi ſubſtantiam. Speciatim verò attenuantium quædam ſunt frigida, vt ſuccus limonum, acetum, oxymel, ſed partium valde tenuium, quædam, & pleraque quidem, calida, & ſicca, à gradu 2. ad 3. qualia ferè ſunt aeria, aromata præſertim. *Vſus* horum tùm internus eſt, ad varias viſcerum obſtructiones expediendas, ad expurgandam pituitam è thorace, menſes mouendos, calculum frangendum, &c. tùm externus: ad humores frigidos cuti impactos calore fundendos, ſiccitate verò & ſubſtantiæ tenuitate comminuendos, & extenuandos, vt poſteà vel ſponte, vel diſcutientium & attrahentium vſu diſſipentur.

Materia horum, vel interna eſt, ad vſus internos, vel externa. Internæ materiæ tabula

tabula nulla peculiari opus eſt,cum ex diuerſis illa colligi poſſit ac debeat,pro ſcopo & intentione, diureticorum vid. ſudorificorum, menſes mouentium, & aliorum attenuandi vi præditorum,vt patebit ex ſingulorum deſcritiponibus. Materiæ verò externæ tabula pro vſibus eyternis hæc eſt.

Radices: apij,ariſtolochiæ,enulæ campanæ,ireos.

Folia:anethi,abrotoni,abſinthij, calaminthæ, centaurij minoris, chamæpitys, hyperici, hyſſopi,lauri, maioranæ, menthæ, origani, pulegij, roſmarini, rutæ,ſatureiæ, thymi.

Flores: aneti,chamomillæ,hyperici.

Semina; aniſi,apij,cumini,fœniculi, rutæ, ſinapi.

Fructus; baccæ juniperi, lauri.

Adipes & *axungiæ* vetuſtiores, maximè vulpina,vrſina.

Olea; amygdalarum amararum, anethi, hyperici, irinum, laurinum, nucum, rutæ, ſcorpionum, terebinthinæ, vulpinum.

Vnguenta;Agrippæ,& Aregon.

Ex quibus variæ externæ formulæ fieri poſſunt, fotus,embrochæ,vnguenta, &c.

INCIDENTIA.

Τμητικά, incidentia ab attenuantibus non re ipſa & facultate, ſed objecto tantùm differunt, ac modo. Nam attenuantia conueniunt craſſis humoribus; incidentia etiam lentis ac viſcidis. Eadem autem facultate craſſi ac viſcidi humores inuicem abſcedunt; niſi quòd incidentia validiora ſint attenuantibus. Ægriùs enim diuiditur viſcidum ac glutinoſum, quàm craſſum ſimpliciter. *Materia* proinde incidentium eadem, quæ attenuantium validiorum.

EMOLLIENTIA.

Μαλακτικὰ Græcis dicta, ſunt, quæ dura emolliunt. Sed cùm durum tribus modis fieri poſſit, ſiccitate, repletione ab humore flatuve, & concretione, ſiue ex propria partis intemperie, ſiue humoris influentis natura; emmolliens medicamentum id propriè dicitur, non quòd ſicca humectat, nec copia diſtenta euacuat, ſed quod concreta excalefacit, ſoluit, atque colliquat. Talia in genere calida ſunt omnia in actiuis, cùm fiat concretio à frigore; in paſſiuis moderatè ſunt ſicca aut temperata, quæ inter emollientia.

lientia vulgò relata aliter ſe habent, vt ammoniacum,galbanum,opopanax ,quæ validè exiccant;oleum amygdalarum dulcium, violar.&c.quæ manifeſtè humectant , contraria temperanda , vt fiant perfectè emollientia. In ſpecie gradus caloris non eſt idem,ſed humori concreto proportionaliter reſpondens.Nam ſi contumacior ſit , vt in tumoribus ſcirrhoſis , requiritur calor ad 2.vel 3.gradum , vt vinci poſſit frigiditas humoris concreti : ſi mitior ſit affectus,moderatus calor ſufficit , vt ſaluari poſſit Galeleni ſententia 5. ſimpl. c.7. 8. emollientia temperata ſtatuentis,eius nimirum affectus ratione , cui adhibentur.

Vſus emollientium potiſſimùm eſt externus , in partium quarumuis ſcirrhoſa conſtitutione,abdominis,lienis,hepatis , &c.in clyſteribus emollientibus. *Materia* ſequens eſt.

Radices; althеæ,bryoniæ,cepa cocta,cucumeris agreſtis,ireos, liliorum alborum , liquiritiæ.

Folia: atriplicis,betæ,bis maluæ,borraginis,brancæ vrſinæ, bugloſſæ,maluæ , parietariæ,ſambuci,violarum.

Semina;lini,fœnigræci,maluæ.Flores;chamomillæ,violarum,maluæ,melliloti,crocus. *Fructus*; amygdalæ dulces , caricæ pingues ,

vuæ paſtæ,iuiubæ.

Liquores ; aceti acerrimi vapor , ex lapidis pyritis,aut ſilicum candentium iniectione exiccatus,& ita exceptus à parte , vt exhalare minimè poſſit ; parte tamen priùs oleis emplaſtris,& fomentis emollita aliquantum:decoctum inteſtinorum,capitis,& pedum veruecis.

Reſina ; pini,terebinthina.

Gummi ; ammoniacum vſitatiſſimum , bdellium , galbanum,opoponax,ſtyrax.

Axungiæ;porcina,humana,vitulina , gallinacea,caponum,anatum,ceruina , vaccina , ſuilla recens,taxi.

Seua:hircinum,caprinum, taurinum.

Excrementa animalium : butyrum , œſypus, cera pinguis, propolis , ſtercus bubulum , mellis fauus,lanarum prima lotura.

Olea:oliuarum, lini , liliorum alborum, violarum , amygdalarum dulcium, lumbricorum , anethi , petroleum , chamomillæ, irinum.

Vnguenta ; de althæa, reſumptiuum.

Emplaſtra ; de mucilaginibus, diachylum ſimplex,& cum gumm.de meliloto.

*Nota.*Gummata vetuſta diſcutere potiùs, quam emollire : niſi aliorum humidorum miſcela emendentur.

Adipes, & pinguedines magis emolliunt,

liunt,quàm olea;& recentes magis,qua vetuſtæ,(quæ fiunt ætate calidiores, acres & ſalſæ,)iuuenum,quam ſenum.

Adipes acriores & ſalſæ aqua ſæpiùs abluendæ,vt exuant ſiccitatem.

Ex emollientibus validiora ſunt, radix bryoniæ,cucumeris agreſtis, ireos, Item,reſinæ & gummata.

GRVMOS DISSOLVENTIA.

Hæc vſus quidem ratione referuntur ad emollientia, quia ſanguini & lacti concreto ſoluendo conueniunt, quamuis ratione facultatis ad validè attenuantia & incidentia referenda ſint. Talibus namque grumi ſanguinis ſoluuntur,& lactis,vt ex ſequenti tabula videre eſt.

Radices; ariſtolochiæ rotundæ, vincetoxici.

Folia; apij hortenſis & montani, rutæ hortenſis,artemiſiæ, abſinthij, abrotoni,ſatureiæ,thymi.

Semina; cumini aceto triti, raphani.

Succi;calaminthæ montanæ,acetum ſcilliticum:lixiuium iuniperinum,ſarmentitium cum aceto, vel melle.

Syrupi; oxymel ſimplex, ſcilliticum, hydromel.

Animalium partes & excrementa; mumia, coagulum leporis, hœdi, cancrorum fluuiatilium vſtorum cinis.

Gummi ammoniacum aceto ſolutum.

Carbones tiliæ aceto reſtinctæ.

Chymica ſalia ex diureticis, ſpiritus ſalis, terebinthinæ.

Quibus omnibus emollientia miſcenda, althæa præſertim, malua, & butyrum.

DETERGENTIA.

In genere dicuntur, quæ lentos & glutinoſos humores corpori adhæreſcentes, aut impactos contactu ſuo rapiunt, & tranſeundo ſecum deducunt. Naturæ ſunt calidæ, vel etiam frigidæ in actiuis; ſed efficaciora ſunt calida: in paſſiuis ſicca ſunt, cum aliqua partium craſſitie, cuius ope aliquandiu morantur, & conſequenter vellicando, & abradendo lentos humores, donec cedant, poſtea facilius eoſdem ſecum deducunt & expurgant. In ſpecie verò iuxta Gal. 5. ſimpl. 12. duplicia ſunt detergentia, ῥύπτικά, *extergentia*, & ἐμφρακτικά, *deobſtruentia*: illa poros cutis expurgant, tenuis cuiuſdam & nitroſæ ſubſtantiæ; hæc verò internos meatus ab infarctu liberant, ac vt ſuo loco dicetur à præparantibus humores re ipſa non differunt.

differunt , vnde etiam petenda. Hic ergò *materiam* tantùm proponemus τῶν ῥυπτικῶν, quorum *vſus* in ſordibus, quæ tùm cutis ſuperficiei ac meatibus , tùm vlceribus ſuccreſcere ſolent,expurgandis.

Radices; apij,ariſtolochiæ vtriuſque,aronis,cyperi,cucumeris aſinini,dracontij , iridis,gentianæ,plantaginis,ſigilli Salomonis·

Folia;abſinthij , apij , anagallidis maris & fœminæ,ægrimoniæ, chamedrys, centaurij minoris,chelidoniæ,betæ,marrubij,plantaginis.

Semina ; vrticæ, plantaginis , apij , atriplicis.

Farinæ,ſeminis lini,fœnugræci, cicerum, lupinorum , hordei,orobi , fabarum : quo etiam refer furfur.

Succi;ſaccharum,aloe,vinum, fæx vini,lixiuium omne : huc etiam lac virginale refer.

Animalium excrementa;vrina,fel ; ſerum lactis,mel.

Reſinæ;terebinthina,thus,myrrha.

Mineralia;alumen,vitriolum , ærugo æris, chalcitis,tuthia,ſalnitrum, auripigmentum, æs vſtum , ſpodium , chryſocolla naturalis , facticia:

Olea ; amygdalarum amarorum , terebinthinæ,tartari.

Vnguenta; Apoſtolorum, Ægyptiacum, Sapo, maximè niger.

EPICERASTICA.

Ἐπικεραστικὰ ſunt, quæ humoris acrimoniam, ſenſumque partis exaſperatum retundunt, vel vi ſua emplaſtica, vel temperata humiditate. De emplaſticis ſuo loco. Epicerastica ſimpliciter dicta ſunt ſequentia.

Radices; althææ, liquiritiæ, maluæ.

Folia; maluæ, nymphææ, ſemperuiui, portulacæ, lactucæ.

Semina; hordei decorticati, hyoſcyami albi, lactucæ, lini, papaueris albi, oryza.

Fructus; iuiubæ, paſſulæ, poma dulcia, pruna dulcia, ſebeſten, amygdalæ dulces, pinea.

Succi & *liquores*; lac amygdalarum, amylum, aqua hordei, ius pingue, lac ſonchi, cremor ptiſanæ, ſuccus foliorum ſolani, halicacabi.

Animalium excrementa; albumen oui, butyrum, lac omne, ſerum lactis: *partes animalium*, vituli caput, & pedes, vt & agni caput, eorumque ius.

Mucilagines; ſeminis pſyllij, cydoniorum, ſeminis & radicis althææ, ſeminis lini, maluæ, radicis borraginis.

Olea;

Olea; oliuarum, violnrum, amygdalarum dulcium, ſeminis cucurbitæ expreſſum, hyoſcyami albi, papaueris albi, oleum plumbi.

Vnguenta; roſatum, album camphoratum.

Syrupi; violaceus, è pomis, de althæa Fernel; liquiritia, iuiubis, papauere, portulaca.

Varia officinalia; pulpa caſſiæ, diacodium, diapenidium, saccharum candidum violatum, iulepus violaceus, mel violaceum.

ALEXIPHARMACA.

Horum quædam communia ſunt, quæ venenis omnibus reſiſtunt, quædam propria peculiari cuidam veneno oppoſita. De communibus hoc loco, ad quæ ferè ſemper confugimus, præſertim cùm nos latet ſpecies veneni: quorum, *ratione diuerſitatis veneni, non vſus*, alia *interna*, quæ peculiarem habent vſum in peſte, febribus malignis, venenis aſſumptis; alia *externa*, quæ medentur morſibus, aut ictibus venenatis.

Interna.

Radic. angelicæ, anthoræ, biſtortæ, cruciatæ, ſeu gentianæ minoris, dictamni albi, ænulæ campanæ, eryngij vtriuſque, *h. e. vulgaris, & marini*, gentianæ maioris, imperatoriæ, leuiſtici, pimpinellæ ſaxifragæ, ſcorzoneræ, tormentillæ, vincitoxici.

Cortices & *ligna*: lignum aloës, ſantala omnia, cortices citri.

Folia; abſinthij, dictamni, quinquefolij, (*maioris repentis*,) rutæ hortenſis, & capratiæ ſiue galogæ, ſcabioſæ, ſcordij, valerianæ maioris, vlmariæ, veronicæ.

Semina; aniſi, acetoſæ, cardui-bedicti, citri, coriandri, grana iuniperi, grana kermes, hyperici, leuiſtici, napi, ocymi, pimpinellæ ſaxifragæ, portulacæ.

Flores; borraginis, & bugloſſæ, caryophyllorum, crocus, ericæ flos & coma *Dioſcorid.* calendulæ, centataurij minoris, hypericonis, nymphææ, roſmarini, roſarum rubrarum, violarum.

Fructus; glans querna, nux iuglans, poma citri, arantiorum:

Aromata; cinamomum, caryophylli aromatici, macis, nux moſcata, cardamomum, piper omne, longum præſertim, zedoaria.

Succi; citri, arantiorum.

Reſinæ;

Reſinæ ac *gummi*; myrrha, camphora, laſerpitium, vel benzoinum.

Animalium partes, excrementa; caro phaſianorum, caſtoreum, coagulum leporis, mumia, moſchus, vnicornu, ebur, os cordis cerui, cornu cerui recẽs, ſeu paruulũ, lapis bezoar.

Terræ; bolus verus, terra ſigillata vera.

Lapides pretioſi; coralla, perlæ, rubinus, ſmaragdus, hyacinthus, ſapphirus, topazius.

Marina; ambra, ſuccinum.

Confectiones; teriaca, mithridatium, confect. hyacynthi, alkermes.

Condita; corticis citri, myrobalanorum.

Conſeruæ; florum bugloſſæ, violarum, roſarũ rubrarum, nymphææ, roſmarini, calendulæ.

Species; aromatici roſati, de gemmis, diambræ, triaſantali, dianthos, diamoſchi, diaſcordij, puluis rubeus Pannonicus, Saxonicus.

Ex quibus omnibus varia fieri poſſunt antidota magiſtralia, *aquæ, extracta, condita, tabellæ, pulueres, &c.*

Externa.

Ad morſus venenatos vſurpantur: *intrinſecùs* quidem, 1. *Alexipharmaca* prædicta cardiacis commixta. 2. *Puluis viperarum*, qui paratur ex *carne viperæ*, (relicto corde & iecore,) vino albo lota, & lentè in furno exſiccata, vt pulueriſari poſſit, additis, ſi velis aliis alexiteris. *Doſis* ʒ ß. circiter cum vino aromatico. 3. Ad morſum canis rabidi, *Antidotus Galeni*, ex *thuris* parte j. *gentianæ* partibus v. *cinerum cancrorum fluuiatilium* part. x. *Doſis* ʒß. ʒ. j. ʒij. cum vino.

Extrinſecus verò, 1. *Alexipharmaca* mixta cum attrahentibus ad cutem. 2. *Caro venenati animalis* cuiuſcunque, morſui vel ictui admota.

LIBRI

LIBRI PRIMI,
PARTIS PRIMÆ,
SECTIO II.

De Medicamentis reſpicientibus cauſam morbificam peccantem quantitate.

Typus Sectionis.

Medicamenta cauſã morbificã quantitate peccantem ſpectantia, vel ſunt
- Preparantia
  - Humores, *Digeſtiua dicta.*
  - Corpus, *Aperientia.*
- Vacuantia vniuerſalia,
  - *Purgãtia* propriè dicta.
  - *Vomitoria.*
  - *Diuretica.*
  - *Sudorifica.*

PRÆPARANTIA HVMORS, ſeu DIGESTIVA.

DIGESTIVA ſeu præparantia humores ſunt, quæ humorum vitia in primis & ſecundis qualitatibus, quæcunque coctioni impedimento ſunt, per contrarias emendant, hacque ratione quaſi præparant, partim ad fœliciorem coctionem à natura inſtituendam, partim ad commodiorem vacuationem ante moliendam. De qua præparatione intelligendus eſt aph.22.ſ.1.

Hæc triplicia ſunt; alia enim bilem, alia pituitam, alia melancholiam præparant.

Bilem præparantia.

Bilis flaua ratione primarum qualitatum, cùm ſit calida & ſicca, poſtulat refrigerantia & humectantia; ratione verò ſecundarum, cùm alia ſit tenuis, *bilis flaua* dicta, alia craſſa vel aduſtione, vel craſſorum humorum permixtione, vt *vitellina, porracea, æruginoſa*, & *cærulea*, illa eſt incraſſanda. Bilem itaque alterantia ſunt duplicia, *Incraſſantia*, & *Attenuantia*. De quibus nota, quod tametſi non omnia ſint humida, frigiditate tamen qua pollent, calorem remittant, & exſiccatione-

tionem vlteriorem prohibeant, ſicque per accidens humectent.

Incraſſantia.

Radices; bugloſſæ, plantaginis.

Folia; portulacæ, plantaginis, lactucæ, ſolani hortenſis, ſemperuiui maioris.

Semina: cydoniorum, lactucæ, maluæ, papaueris albi, plantaginis, pſyllij.

Flores; nympheæ, violarum, papaueris rheas, roſarum, maluæ.

Fructus; iuiubæ, cydonia, granata, ſpyra, pruna dulcia, ſebeſten.

Gummi; tragachantæ, arabicum.

Succi; foliorum & fructuum in hac tabula modò dictorum, amylum.

Aquæ, foliorum & florum prædictorum.

Syrupi; foliorum, florum & fructuum prædictorum, in officinis vſitati, vt & *ſeminis papaueris albi.*

Conſeruæ; florum nymphææ, violarum, roſarum, maluæ.

Species; diatragacanthi frigidi, diacydonites ſine ſpeciebus, diamargaritum frigidum, diapenidion.

Attenuantia.

Radices; aſparagi,acetoſæ, cichorij, graminis.

Folia; acetoſæ, capillares omnes herbæ,(h. e. *adianthum,polytrichum, ceterach, ſaluia vitæ*) quatuor intybacea, h.e. *endiuia, cichorium, cicerbita,ſcariola* ſeu *endiuia* : dens leonis, chondrilla, hepatica, trifolium acetoſum, lingua ceruina, h.e.*phyllitis Dioſcor.*

Semina; acetoſæ, endiuiæ,hordeum, quatuor frigida maiora.

Flores;cichorij, endiuiæ.

Fructus;arantiorum,limonum,citri, melones,pepones, pruna acida, ceraſa acida, ribes, berberorum.

Gummi; camphora.

Succi depurati; foliorum & fructuum, in hac tabula recenſitorum, item omphacium.

Aquæ;herbarum etiam prædictarum,quæcunq uehaberi poſſunt ad manus.

Syrupi; quoque foliorum:& fructuum recenſitorum,qui in officinis preſtant.

Conſeruæ cichorij, acetoſæ,citri.

Species diatrumſantalon.

Pituitam

Pituitam præparantia.

Pituita ratione primarum qualitatum,vel eſt frigida ac humida, vt *inſipida, acida*, ac *vitrea*, & hæc corrigenda eſt calefacientibus,& exſiccantibus: vel calida & ſicca,vt *ſalſa pituita*, & hæc præparatur vt bilis, admixtis tamen pituitam reſpicientibus. Ratione ſecundarum qualitatum omnis pituita craſſa eſt,lenta hac glutinoſa,hinc corrigenda attenuantibus, incidentibus, ac detergentibus.

Radices;quinque aperientes, (h.e.*aſparagi, petroſelini,fœniculi,apÿ,ruſci*,) acori,angelicæ, aryſtolochiæ, cyperi, calami aromatici, enulæ campanæ,chinæ,galangæ, ireos Florentinæ,imperatoriæ, liquiritiæ, pœoniæ, ſalſæparillæ, valerianæ, zedoariæ.

Folia, abſinthij, agrimoniæ, (temperata,)betonicæ,calaminthæ, chamædrys, chamæpitys, fœniculi,hyſſopi, hyperici,lauri, maiorani, marrubij albi, menthæ, meliſſæ, origani, pulegij,roſmarini,rutæ,ſaluiæ, ſatureiæ,ſerpilli,thymi.

Semina; quatuor calida maiora & minora, cardui benedicti,coriandri, citri, leuiſtici, pœoniæ,ſileris montani,vrticæ,ſinapi.

Fructus; baccæ lauri, iuniperi; nux Indica, ficus.

Flores; anthos, calendulæ, centaurij minoris, hypericonis, lauendulæ, lilij conuallij, ſaluiæ, ſtœchados.

Cortices & *ligna*; guaiacum, ſaſſaphras cortex citri, arantiorum.

Aromata; omnia.

Reſinæ; myrrha, maſtix, ſtorax, thus.

Animal; mel, moſchus, caſtoreum.

Marina; ambra, ſuccinum.

Aquæ; foliorum recenſitorum quæcunque extant in officinis: aqua vitæ, cœleſtis, imperialis, theriacalis.

Syrupi; de abſinthio, byzantinus, capillorum Veneris, ſyrupus conditur æ acori, conſeruationis corticum citri, & zingiberis, hyſſopi, menthæ mel roſatum, oxymel ſimplex, & ſcilliticum, ſyrupus de praſſio, de duobus & quinque radicibus, de ſtœchade.

Conditura; radicis acori, enulæ campanæ, zingiberis, myrobalanorum emblicarum, nucis moſcatæ, nucis iuglandis, corticum citri, arantiorum, oliuæ conditæ.

Conſeruæ; florum anthos, ſtœchados, ſaluiæ, abſinthij.

Pulueres; aromaticum roſatum, caryophyllatum, dianthos, diambra, diamoſchum dulce, diarrhodon Abbatis.

Confectiones;

Confectiones; aurea Alexandrina, theriaca, Mithridatium.

Trochiſci; de abſynthio, gallia, & alypta moſchata, eupatorio.

Olea deſtillata; aniſi, cinnamomi, cumini, garyophyllorum, corticum arantiorum, fœniculi, nucis moſchatæ, roſmarini, maioranæ, ſuccini.

Melancholiam præparantia.

Melancholia duplex eſt, aduſta ſiue attrabilaria, quæ cum ſit valdè calida, ſicca & craſſa, poſtulat frigida, valde humectantia, & attenuantia. Recurrendum itaque hic ad tabulam bilem craſſam attenuantium, inprimis verò hic commendatur *ſuccus pomorum redolentium*, ex quo etiam poterit parari ſyrupus. Vel non aduſta, *ſuccus melancholicus* dictus, qui ſua natura frigidus, ſiccus, & craſſus, ideóque moderatè calefacientibus, humectantibus, & attenuantibus præparandus. Materia horum ſequens eſt, vbi nota, quòd ſi quædam ſicciora occurrant, ea humidioribus eſſe temperanda.

Radices; aronis præparata, bugloſſæ, enulæ campanæ, filicis, polypodij quercini, ſatyrionis, quinque aperientes, liquiritiæ, quæ ſemper præſcribenda ad ſicciorum naturam temperandam.

Cortices; citri, radicum capparum, mediani fraxini, tamariſci, ſambuci.

Folia; borraginis, bugloſſæ, becabungæ, cuſcutæ, centaurij minoris, ceterach, cochleariæ, capillorum Veneris, fumariæ, lupulorum, meliſſæ, naſturtij, ſcolopendriæ, thymi.

Semina: quatuor calida maiora, apij, agni caſti, baſiliconis, cardui benedicti, citri, cuſcutæ, naſturtij, petroſelini.

Flores; quatuor cordiales, (h.e. *borraginis*, *bugloſſæ*, *roſarum*, *violarum*,) & nymphææ, ad temperanda ſicciora, calendulæ, geniſtæ, leucoji, tamariſci, ſambuci, crocus.

Fructus; cappares, paſſulæ maiores & minores.

Gummi; ammoniacum, lacca.

Animal. blatta, os de corde cerui, mel ſericum.

Aquæ; foliorum ac florum prædictorum vſitatæ in officinis.

Syrupi; de fumaria, bugloſſa, cortice citri, de 5. radicibus, capillorum Veneris, byzantinus.

Confect. alkermes, theriaca.

Conſeruæ; florum bugloſſæ, borraginis, enulæ campanæ, capillorum Veneris.

Conditura; corticis citri, mirobalanorum, zingiberis.

Species;

Species; diambræ, diamoſchi dulcis, de gemmis, letificantis Galeni.

Trochiſci; de abſinthio, cappàribus, gallia moſcata, dialacca, eupatorio.

Olea deſtillata; aniſi, fœniculi.

Salia; abſynthij, fraxini, tamariſci.

PRÆPARANTIA CORPVS.

Corpus præparantia ſiue *aperientia* ſunt quæ remouent impedimenta facilis purgationis. humorum videlicet craſſitiem, & meatuum obſtructionem: de quibus intelligendus aphoriſ. 9. ſ. 2. qualia ſunt attenuàntia. *In genere* vocantur. ἀναστομωτικά (quæ vox ad omnes internos ductus expediendos accommodari poteſt) aperientia, item ἐμφρακτικά deobſtruentia, ab vſu ſic dicta, quia meatus aperiunt, & infractu liberant vias, per quas humores debent fluere: neque differunt à præparantibus humores reipſa; ſed tantummodo ſubiecto: Solet enim quandoque accidere, vt humores etiam non crudi, vel præparati iam, minùs tamen feliciter euacuentur, eò quòd craſſi lenti humores adſint, vias intercludentes, per quas ducendus eſt humor peccans; vnde huius præparationis neceſſitas elucefcit;

quam etiam in morbis acutis & turgente materia requirit Gal. 1. aph. com. 24. præſente nimirum viſcidarum cruditatum copia. *In ſpecie* aperientia duplicia ſunt, *calida*, humoribus pituitoſis & melancholiæ naturali, vel *frigida*, bili craſſæ & melancholiæ aduſtæ conſecrata. Calida quidem repetenda ſunt ex tabula præparantium pituitam & melancholiam naturalem: frigida verò ex tabula præparantium bilem craſſam & melancholiam aduſtam. Indè ergò petenda.

PVRGANTIA PROPRIE dicta.

Purgantia medicamenta vel *impropriè* ſic dicuntur, vel *propriè*. *Illa* ὑπακτικὰ, lenientia, *hæc* ſpeciatim Cathartica vocantur. *Lenientia* in quadruplici ſunt differentia. *Alia* enim aluum turbant *lubricando*, quæcunque ſubſtantia ſua pingui & humectante inteſtinorum ſuperficiem internam aliàs ſicciorum vel aſperam ita læuigant, vt fæces nequeant adhærere, qualia ſunt *oleum amygdalarum dulcium, butyrum, iuſcula pinguia carnium*. Alia dicuntur *abluentia* & *abſtergentia*, quæ copioſa humiditate fæces diluunt, & abluunt inteſtinorum ſuperficiem. Talia ſunt, *aqua ſola, ſerum lactis, lac, beta, parietaria, braſſica, ſpinachia*,

nuchia,&horum iuſcula. Alia *comprimentia*, quæ vaſa & inteſtina comprimendo, humores contentos exprimunt; hac ratione *cydonia* vltima menſa ſumpta aluum laxant: ſic plurimos vina cruda & acerba admodùm purgant, non certè alia quàm vi adſtringendi. Alia denique *erodentia*, quæ mordendo virtutem expultricem exſtimulant, cuius generis omnia calida & acria, præterea tenuium partium ſunt, item ſalſa nonnulla. Sic auriga quidam non paucos febre diuturna laborantes, hauſtu vini exhibito, in quo manipulum ſalis priùs diſſoluiſſet, liberauit: nam per vomitum & deiectionem purgati ſunt magna violentia, qui hauſerunt. Hoc ferè modo cibi multum ſaliti, aut aromatizati aluum purgant ſtimulando; eodem planè modo fiunt ſpontaneæ vacuationes. Hoc pacto etiam pharmaca vmbilico impoſita purgant: quale eſt vnguentum de arthanita. Et hæc omnia ſunt impropriè purgantia, quæ quemlibet humorem obuium abſque vllo delectu euacuant. *Propriè* autem dicta *purgantia*, non quemuis humorem, ſed certum electiuè purgant. De quibus nunc agemus.

Purgantium propriè dictorum claſſes ſunt quatuor: *Cholagoga, Phlegmagoga, Melanagoga, Hydragoga. Cholagoga* ſunt; *caſſia, manna, tama-*

rindi, ſuccus roſarum, aloë, rhabarbarum, myrobalani, ſcammonea. *Phlegmagoga* ſunt; *carthamus, agaricus, turbith, hermodactyli mechoaca, radix Ialap, colocynthis, opopanax ſagapenum, euphorbium.* *Melanagoga* ſunt ſequentia; *ſena polypodium quercinum, epithymum, helleborus niger, lapis armenus lotus, lapis lazuli.* *Hydragoga* denique ſunt; *ebuli & ſambuci ſemen, cortex, ſuccus: ſoldanella, ireos ſuccus elaterium, eſula præparata, mechoaca, radix Ialap.* Quibus annumerantur plurima alia, obſoleta, quæ ab vſu receſſere, referenda potiùs ad impropriè dicta purgantia, vel præparantia humores: compoſita item, ſyrupi, electuaria, pilulæ purgantes, &c. quorum mentio facta in tractatu de formulis præſcribendis. In ſingulis autem prædictis purgantibus ſex capita conſideramus. 1. *Genus.* 2. *Electionem* ſiue *notas* veri & non adulterati purgantis. 3. *Qualitates* tùm primas, temperamentum ſcilicet; tùm ſecundas ac tertias, ſub quibus etiam comprehendimus partes, quibus proſunt, & affectus, quibus reſiſtunt; ſexum item & ætatem, quibus conducunt. 4. *Corrigentia.* 5. *Doſin,* infimam, mediam, ſummam. 6. *Formam*, qua commodiſſimè exhibentur; licet poſtremum hoc methodum componendi magis ſapiat.

PVRGAN

PVRGANTIVM I. CLASSIS. in qua tractantur,

CHOLAGOGA.

CASSIA.

Genus.

Caſsia (hoc loco) eſt fructus arboris cuiuſdam Indicæ , Pyri magnitudine , foliis mali perſicæ, floribus geniſtæ ſimilibus , luteis , garyophyllum redolentibus. Fructus hic eſt ſiliqua oblonga,rotunda,nigreſcens, exteriùs lignoſa , interiùs repleta medulla multa & nigra , ſeminibus quoque multis, rotundis & planis , membranis ligneis & tranſuerſis à ſe inuicem diuiſis. Et appellatur *Caſsia Arabum* ab inuentoribus , Actuario *Caſsia nigra*, aliis *caſsia fiſtula* aut *ſiliquoſa*, item *caſſia ſolutiua*, ad differentiam *caſſiæ Græcorum* & *caſsia Poëtarum*. Nam *caſsia Græcorum* nihil aliud eſt , quàm *cinamomum* officinarum , vulgò *Canella* dictum , & differentiæ gratia *caſsia lignea* , ſiue *caſsia odorata* appellatur. *Caſsia Poëtarum* eſt herba coronaria , quam Theophraſtus *Cneorum* appellat cuius figuram proponit Matthiolus.

Noſtræ caſſiæ pulpa tantùm eſt in vſu quam *florem caſſiæ* & *caſſiam extractam* vocant: licèt Fallopius & Manardus cannæ quoque, & ſeminibus optimè contritis vim purgatoriam, eamque maiorem, quàm ipſi pulpæ adſcribant: quam ſententiam non probant. Ant. Muſa, & Garcias ab Horto.

Electio.

Eligenda eſt fiſtula inſignis, recens, ponderoſa & plena, quæ ſc. concuſſa non reſonat, ſplendens, foris ac intùs iu pulpa pinguis. Nec antè vſum extrahi debet, cùm diutiùs repoſita pulpa penitus aceſcat.

Qualitates.

Quoad *primas* qualitates non multùm eſt intemperata caſſia. Nam Auicenna lib.2.c. 197. ſcribit. eam in actiuis temperatam, in paſſiuis nonnihil humectare. Serapio l. ſimpl.cap.12. eam conſtituit temperatam. Meſ c.6.ſimpl.nonnihil ad calorem accedere ſcribit. Ant. Muſa in exam. ſimpl. calidam humidamque ordine primo aut ſecundi initio. Quoad *ſecundas* qualitates, lenit admodùm, emollit, laxat: purgat bilem, pituitam, & ſanguinem purum reddit. Quoad

partes,

partes, & *affectus*, dicata eſt pectori ac pulmonibus, hepati, renibus ac veſicæ. Hinc vtiliter vſurpatur in pleuriticis, febribus ardentibus, jecoris intemperie calida, renum ac veſicæ ardore, calculo item: in gonorrœa ex materia acri & ſemine billioſo. Quod ad *ætatem* & *ſexum*, omni ætati tuta, & grauidis eſt vtilis.

Correctio.

Præter vtilitates recenſitas hoc habet incommodi caſſia, quod flatulenta ſit, aut nimis lubricet, aut tarde ſit operationis. Hinc nocet flatulentis, ventriculo debili & humidiori, aluóque nimis lubricæ minùs commoda, vlceribus etiam veſicæ ac renum infenſa: eos item, qui aluo ſunt difficili, non multùm iuuat, niſi vitia ipſius corrigantur. Corrigitur autem, *quatenus* flatulenta, *ſemin. aniſ. fœni cul. citri* ad ʒß. vel ʒj. *quatenus* nimis lubricat. *puluer. cortic. myrobal. rhaab. cinam. maſtices*, maximè verò *ſemin. coriandr.* præparati: *quatenus* tardæ eſt operationis, acuitur opiatis vel tabulis purgantibus ad ʒij. vel ℥ß.

Doſis.

Datur plerumque pueris ad ʒiij. ℥ß.

Adultis ℥j.℥jß.℥ij.Prægnantibus aut etiam imbeſcillibus ℥j.Si caſſia cum canna aſſumitur, doſis eadem. Communis caſſiæ & frequentiſſima doſis eſt ab ℥ß.ad ℥jß.

Modus exhibendi.

Accipitur caſſia forma *boli* vel *potionis*. *Boli forma* ſi aſſumatur, huius baſis eſt caſſia ad ℥j.vel ℥jß.pro neceſſitate:additis corrigentibus, aut partem affectam reſpicientibus ad ℥ß.ʒj.vel acuentibus ad ʒij.ʒiij.plùs minùs,& cum ſ.q.ſacchari fiat bolus. V. G. In affectibus pectoris.R. *Caſſiæ recenter extractæ* ℥j.plus & minus. *flor. ſulph.* vel alterius pectoral. puluer.℈j.vel ʒß.*ſem.aniſ.*aut alterius corrigentis ℈ij.cum *ſacchar.*fiat bolus. In febribus ardentibus,R.*caſſiæ* ℥j.V.G. *ſem. citr.* pulueriſat. ʒj.cum *ſaccharo* fiat bolus. In renum ac veſicæ affectibus præſcribitur *caſſia* ad ʒvj.cui adduntur *terebint.*lotæ *aq-parietar.* ʒij.cum *puluer.liquirit.*& *ſacchar.* ſ. q. fiat bolus. In gonorrhæa. R. *caſſiæ* q.ſ. pro indicatione, & miſcentur cum ea, quæ ſemen ſupprimunt; vt *corall.maſtic. bolus oriental.trochiſc. de carab.* ad ʒß. ℈ij.& cum *ſaccharo* fiat bolus, optimum medicamentum.Si acuenda eſt vis caſſiæ,R. *caſſiæ* ʒvj. ℥ß. opiat. vel tabel.purg.V.G.*diaprun.laxat.* vel *electuar. de*

ſucc.

*ſucc.roſar.*ʒij.ʒiij.*ſem.coriandr.præpar.*℈ ij.cum *ſacchar.* fiat bolus. In iis, qui lubrica ſunt aluo, adduntur alia purgantia roborandi & adſtringendi vi prædita. V. G. Ad *caſſiæ* ℥j. ſume puluer.*rhab.*vel *cortic. myrobalan.* ʒj. cum alicuius ex corrigent. ʒß. & fiat cum ſaccharo bolus. Quòd ſi *formâ potionis* aſſumatur, ſumendus erit aliquis liquor, in quo poſtea diſſoluenda eſt caſſia. Liquor autem vel eſt aq. deſtill. V. G.*acetoſ.end. cicher.* vel decoctum ex plantis idoneis. Sume Verbi Gratia, *caſſiæ* ℥. jß. quam diſolue in ſ. q. liquoris, fiat potio. Hodiè Lutetiæ caſſiam exhibent ex infuſionem, qui modus eſt omnium optimus: quia caſſia in forma boli ingrata eſt ob nimiam quantitatem, diſſoluta verò cum liquore idoneo, potiones nimis reddit ſpiſſas. Proinde ſatius eſt, ſi caſſia infundatur in aliquo liquore in loco calido, & in infuſi colati ſ.q.diſſoluatur, ſi opus, aliud quoddam catharticum, & ita exhibeatur. V. G. in febribus ardentibus, ℞*aq.acetoſ.*q.v.in qua infunde *caſſiæ recent.extr.*℥jß. vel minus. In colaturæ ſ.q.diſſolu.*elect.de ſucco roſar.*℥ij.plùs minùs, fiat potio.

MANNA.

Genus.

Mannæ vox ambigua eſt. Vel enim de manna thuris intelligitur, quæ nihil eſt aliud, quàm micæ thuris concuſſu eliſæ, dũ conuehitur, vel mannæ voce intelligitur ros condenſatus. Hoc loco poſteriorem mannam intelligimus. Huius variæ quidem ſunt differentiæ à prouinciis petitæ, ea tamen in officinis vſitata eſt, quæ communiter *Calabrica* nominatur: quia in Calabria circa carnis ortum, ex Fraxino & Orno, ab incolis in vſum medicum colligitur. Quæ duplex, *granata*, quòd minoribus granis conſtet, & *maſticina*, quæ maioribus, & maſtices guttis propè æqualibus. Illa *manna foliorum* appellatur, quòd ex foliis colligatur: hæc *corporis*, quia ex ramis arboris habetur. Eſt autem hæc manna cœleſtis omninò, h.e. cœlitùs delapſa foliis inſidet, non autem gũmi inſtar ex arbore exudat & cõcreſcit, vt voluit Altimarus & Monachi, qui in Menſuē ſcripſere: quia non ſolùm in arborũ foliis ſpectatur, ſed etiã in pratis, adeò vt fœniſecæ, ob mannam à Sole ſolutam, falces ab herbis nequeãt explicare. Quòd verò

ex

ex fraxino tantùm & Orno colligatur, in cauſa eſt occulta poteſtas Fraxini ad mannam, quæ ſola mannam in ſe cohibet ac condenſat, cùm ex reliquis arboribus eadem inſtar mellis ſtatim defluat in ſubiectas herbas.

Electio.

Eligenda candida, recens, anno non vetuſtior: (rufa enim & fuſca inueterata eſt,) rotunda, cuius grana diſrupta non ſunt ſpongioſa, nec cinericia, ſed ſolida & alba.

Qualitates.

Auicenn. & Meſ. temperata. Auerrhoi calida & humida. Aperit, emollit, læuigat. Aluum blandè mouet; bilem educit, & ſeroſos humores purgat. Aſperæ arteriæ & thoraci dicata. Hinc vtiliter vſurpatur in febribus hecticis, ſiti extiguenda. In Febribus ardentibus minus, prodeſt, ob dulcedinem, quam propter facilè in bilem motatur. Vtero gerentibus & pueris tutò exhibetur.

Corrigentia.

Corrigitur, quia flatulenta, *cinamom. aniſ.* vel *zingib.* momento: quia tardæ operationis, acuitur *ſyr. roſar. ſolut.* vel decocto purgante leuiter: quidam addunt *diagrid.* gran. ij. iij. iv.

Doſis.

Ab ℥j. ad ℥ij. ℥iij. communiter ℥jß. Pueris ℥j. Meſ. à ʒ vj. ad ʒxv. ſed fortè intellexit mannam optimam maſticinam.

Formula.

Exhibetur *forma potionis* diſſoluta aut in iure pulli gallinacei, in quo vix percipitur: aut in ſero lactis, aut in decocto aliquo, aut in aqua conuenienti. In colicis cum oleo amygdalar. Cui aliquid addendum vini maluatici. Aliquando mandenda præcipitur.

TAMARINDI.

Genus.

Tamarindus eſt fructus arboris cuiuſdam Indicæ, quem Arabes ad genera palmula-

rum ſiue dactylorum referunt, ac ſi eſſet palmæ ſylueſtri Indicæ fructus, q.d. dactylus Indus ſiue palmula Indica: *tamar* enim eorum lingua *dactylum* ſiue *palmulam* denotat. Verùm hunc fructum non propriè vocarunt dactilos, quaſi eius arborè palmarum eſſet generibus, aut ſimilis palmæ, ſed reſpicientes ad ſimilitudinem fructus, qui etiam oſſicula in ſe continet, ſicut dactyli, cùm aliud nomen aptius non inuenerint. Cæterùm huius fructus pulpa tantùm eſt in vſu abiectis nucleis.

Electio.

Optimi ſunt tamarindi, qui ſunt pingues ex obſcuro rubentes, acidi & molles: vndè Oxyph ænica dicuntur.

Qualitates.

Frigidi ſunt & ſicci ordine ſecundo Meſuæ: & quidem intenſo Braſauolæ: Auerrhoi autem tertio. Leniunt humores præaſſatos, ac demulcent bilem. Aluum cient, & bilem ſoluunt. Proinde vtiliter vſurpantur in vomitu, ſiti extinguenda, inſania, obſtructis, hydropicis, arquatis, & lienoſis. Faciunt etiam ad omnes cutaneas exulcerationes à

ſanguine præaſſato, ſcabiem videlicet, lepras, vitiligines & lichenas.

Correctio.

Nocent frigiditate ſua ventriculo frigido, & tardæ ſunt operationis. Porindè corriguntur *maci, maſtice, cinamom.* vel *ſpica.* Acuuntur *ſero caprino, ſucco fumar.* vel *lupulor. manna* vel *caſſia.*

Doſis.

Ab ℥j. ad ℥ij. ʒiij. quæ variat ratione modi exhibendi.

Modus exhibendi.

Exhibentur *forma boli* vel *potionis. Forma boli* ſi exhibendi, tunc eorum ſubſtantia piſtillo ſubacta, per ſetaceum cribrum eliquatur, & poſteà additis corrigentibus, (doſi in caſſia dicta,) cum *ſaccharo* fiat bolus. At plerunque non ſoli tamarindi exhibentur, ſed ad *pulpæ tamarindor.* ℥ ß. additur *caſsiæ* ℥j. & additis corrigentibus, vt dictum, cum *caſsia* fiat bolus. *Potionis forma* vſurpantur in *infuſo* vel *decocto. Infuſio* fit ita.

Macerantur

Macerantur in aqua endiuiæ ad horas tres, poſteà expreſſione facta, cum ſaccharo exhibetur colatura. *Decoctum* ita fit. R. *Tamarindor.* ℥j. coq. in *ſeri lact.* vel iuris alterati *lupulo* vel *fumaria* ℥x. ad conſumptionem ℥ij. Colentur per linteum denſum. Cape de colatura ℥ij. ℥v. ℥vj. cum *ſaccharo* fiat potus. *Doſis* decocti & infuſi eadem eſt, ab ℥ij. ad ℥v. ℥.vj.

SVCCVS ROSARVM.

Roſæ, in officinis vſitatæ.
- Albæ
  - *Vulgares.*
  - *Moſcatæ.*
- Puniceæ, ſiue rubræ.
- Pallidæ, ſiue incarnatæ.

Genus.

Eſt ſuccus elicitus ex roſis pallidis ſiue incarnatis, vel etiam albis, non vulgaribus tamen illis, quibus paſſim roſeta florent, verùm Damaſcenis ſiue moſcatis.

Electio

Digitized by Google

Electio.

Melior eſt ſuccus ex roſis moſcatis, ſiue Damaſcenis vocatis, quam pallidis: præterea ſuccus roſarum completarum quoque melior eſt.

Qualitates.

Hic ſuccus calidus eſt & ſiccus primo gradu; etſi roſæ frigidæ ſint primo & ſiccæ ſecundo. Ratio ſecundùm Meſ. quia eſt à ſubſtantia terreſtri & frigida ſecretus. Diſcutit, abſtergit, deobſtruit: purgat bilem, & aquas citrinas maximè: menſes mouet. Quare grauidis non propinatur. Hepati ac cordi confert: hinc obſtructioni hepatis, & palpitationi cordis opem fert, febribus item biliosis: (purgat enim humores cauſantes hos affectus.) Viſcera purgando ſimul corroborat: & nulla in eo malignitas.

Doſis, ac Modus.

Ab ℥ j. ad ℥ ij. cum aqua ſaccharata, aut ſecundùm Meſ. cum ſero lactis aut melle, exhibendo ℥ j. ſucci roſ. cum ſeri lact. ℥ ij. ℥ iij. Apud nos verò paratur infuſio roſar.

pallidar. ex hac verò ſyr. roſ.ſolut. ſimplex (Mucharum)& compoſitus, item mel roſar.ſolut. ex ſucco verò paratur elect. de ſucco roſarum; ſed rubrarum.

RHABARBARVM.

Genus.

Per antonomaſiam ſic vocatur radix quædam inſignis populi Barbari, ſeu indici, vel prouinciæ cuiuſdam Barbaræ, Troglodyticæ dictæ, ſed male. Nam vt autor eſt Garc. ab Horto lib.1.c.37.& Linſcot.p.4. Ind.orient.cap.29.nullumeſt rhabarbaricum aut Indicum, ſed ſolummodò Chinenſe; quia nullibi, niſi in China, prouenit: vnde per Tartariam Ormuz defertur; & hinc in Indiam, ac iterum per Tartariam in Turciam, hinc Venetias: vnde reliqua regna Europæ petunt. Radix hæc Dioſcoridi & Galeno ignota fuit, vndè malè quidam rhaponticum Dioſcoridis & Galen. cum noſtro rhabarbaro confundunt. Nam rheum Dioſcoridum non habet vim purgatricem, & notis veri Rhab. caret. Rhabarbarum enim ſubſtantia compactum eſt, ponderoſum & aridum, ſapore amarū, odore acre: colore exteriùs ſubnigro ac

rufeſcente,intus ex rufo flaueſcente, & ad nucis moſcatæ colorem internum aſcendente, ac maceratum vel manducatum tingens crocco colore. Rhaponticum non eſt compactum, ſed rarum;non ponderoſum, ſed leue;non aridum,ſed lentum;non amarum,ſed ſubacre; non odoratum, nec colore ſimile rhabarbaro. Neque etiam pſeudo rhabarbarum illum monachorum, ſeu hippolapathum Dioſcoridis cum hoc noſtro debet confundi.Nam huic genuini Rhabarbari vires non ſunt.

Electio.

Eligendum eſt rhabarbarum, quod ad notas prædictas quam proximè accedit.

Qualitates.

Calidum & ſiccum eſt ordine ſecundo Meſuæ. Quod tamen ſimpliciter & citra diſtinctionem intelligi nequit.Nam ex eodem Meſue Rhabarb.duplici conſtat ſubſtantia, craſſiore vna & adſtringente,quæ aquea eſt, & terrea : altera tenuiore; quæ aërea eſt & ignea. Ob duplicem hanc ſubſtantiam miſtam habet temperaturam,& conſequenter etiam miſtas facultates. Ratione enim

tenuioris

tenuioris ſubſtantiæ facultatem habet purgandi bilem & pituitam, ac deobſtruendi, ratione craſſioris ſubſtantiæ purgando ſimul adſtringit. Si *partes* ſpectes, hepati, maximè dicatum eſt remedium, quod maximè confortat, vnde à nonnullis anima hepatis, & theriaca hepatis vocatur. Quoad *affectus*. confert omnibus affectibus ab obſtructione natis, E. G. Ictero, hydropi, tumori ſplenis, febribus putridis diuturnis, hypochondriorum punctorio, ratione ſc. tenuioris ſubſtantiæ. At ratione craſſioris & adſtringentis ſummè inſuper confert vomitioni, lienteriæ, dyſenteriæ, ſputo cruento, ſanguini vndecumque erumpenti, ruptis & contuſis. Nocet tamen iis, qui patiuntur ardorem vrinæ, quem auget, quia diureticum eſt ac veſicam petit. Omni etiam tempore tutò datur, ac ex morbo conualeſcentibus.

Correctio.

Corrigitur ipſius tarditas *cinam. ſchœnanth.* ad ℈ß. ℈j. *ſpica* ad gr. iij. iv. pro ʒj. rhabar. ab hac tamen abſtinendum in grauidis, febribus, & iis, qui facile vomunt. Quidam corrigunt *maſtice*, ſed præſtat Rhab. primùm

Q

irrorare aqua vitæ, & poſtea infundere liquoribus conuenientibus.

Doſis.

In ſubſtantia exhibet Meſ. à ʒ j. ad ʒ iv. in infuſo à ʒ j ß. ad ʒ iij. Hodie in ſubſtantia nullus exhibet vltra ʒ j. vel ℈ iv. in infuſo rarò adſcendimus ad ʒ ij. nunquam ad ʒ iij.

Modus exhibendi.

Datur vel in *ſubſtantia*, vel in *infuſo* aut *decocto*. *In ſubſtantia*, vbi adſtringendi ſimul conſilium eſt, & vbi maiore adſtrictione opus, rhabarbarum inſuper torreſieri debet. In *infuſo* aut *decocto*, vbi magis animus eſt purgandi. Nam macerando vis purgatrix tenuior in humorem transfertur, adſtringens verò & terrea remanet. *Subſtantia* ipſius variis modis exhibetur. 1. *Forma pilularum*: ſic plures ſunt maſſæ pilularum officinalium recipientes rhab. vt *pilul. aggreg. pil. de tribus*, & *pil. ſine quib. pilul. de rhab. Meſuæ.* 2. *Forma potionis*, ſoluendo puluerem *rhab.* in liquore idoneo, putà iuſculo, *ſero lactis caprini*, aq. deſtillata conuenienti, vt *plantag. apij*, *intybi*, *vino albo*, additis corrigentibus, interdum etiam *ſyrupo roſ. ſolut.* R. V. G. liquor.

℥ ij.

℥ ij.plus minus, *rhab.*ʒ j.℈ iv.corrigent. ℈ß. ℈j.ſyr.roſ. ſolut. ℥j. Fiat potio. 3. *Forma boli*: miſcendo puluerem ipſius cum *caſſia, paſſul.caric. ſaccharo roſaceo*: vel cum *ſucco roſ.*aut *ſyrup.roſ.ſolut.* cum pauco *cinamom.* & *ſacchar.*in conſiſtentiam boli, quem ſolibus æſtiuis parùm fermentari permittimus. 4. *Forma rotularum*, pro pueris R.*Rhab.*℈ j.cum *ſacchar.* ſolut. aq. conuen. ſ. q. fiant rotulæ, quas pueri facilè comedent. 5. *Forma placentularum*, etiam pro pueris, rhabarbaro melle ſubacto & cocto ad conſiſtentiam placentæ, 6.*In forma cydoniati* miſcendo rhab. cum diacydonio inter coquendum. Vel ſume malum cydonium, & diuidatur, ac ſublatis loculamentis & cellulis ſeminum imple cauitates puluere *rhabarb.*vel *ſenæ*, aut *carthã.* aut *agarici*: deinde vniantur partes, & papyro inuoluantur, coquantur in clibano, vel foco ad tabem: hinc ſoluatur, & abiectis medicamentis pulpa manducetur. *Inſuſum* rhabarbar. etiam variè exhibetur. 1. Communiter *rhabarb.* cum corrigent. maceratur in liquore idonei ſ. q. vel ℥ij.℥iij. &c. & poſteà exprimitur: expreſſum ſumitur, vel in eo inſuper diſſoluitur *ſyr. roſ.ſolut.* ℥j. aut *electuar. de ſucco roſar.*ʒj.ʒjß.&c.

fiat potio.2.*Forma placentularum* pro pueris, ſumendo infuſionem ipſius addendo farinam, vel puluerem panis, quibus ſimul mixtis fiat paſta, ex qua formantur placentulæ. 3. *Vel* hac ratione pro delicatulis.R. *Rhab.puluerisat.*q. v. infunde in *aqua vitæ* ad exſtantiam iv. digitorum, in B.M.per quatriduum, coloratum vinum effunde, & nouum infunde, idque toties, dum color nullus reddatur. Infuſionem hanc deſtilla, & ad reſtibilis ſucci in fundo ℥j. adde *ol.cinamom.* ℈ij. Pro infantibus ac prægnantibus pretioſum ac innoxium. *Doſis* ℈j. cum vini albi cochleari,*Decoctum Rhabarb.*paratur coquendo ex tempore Rhabarb. cum corrigentibus in liquoris idonei ſ.q. poſtea exprimendo:expreſſum deinde ſumitur,vel in eo inſuper diſſoluitur *ſyr.roſar.* vel *electuar. de ſucco roſ.*vt ſuprà.

ALOE.

Genus.

Aloë eſt ſuccus concretus plantæ cuiuſdam, quam deſcribit Dioſcorides lib.3. c.21. quæ foliorum effigie ſedum maius refert, & ob viuacem eius naturam ſemperuiuum marinum à quibuſdam vocatur. Eius duo

ſunt

ſunt genera : *aloë caballina*, ſic dicta, quòd veterinarij ipſa vtantur ad purgandos equos, aſinos, mulos; & *aloë hepatica*, quòd hepatis modo coacta ſit, cuius differentia laudatiſſima eſt *ſuccotrina*, ſic dicta, non à ſucco citrino, vt voluit Fuchſius l. 1. d. compoſ. medic. c. de aloë, ſed à ſolo natali Socotra inſula. Hinc nonnulli ſuccotrinam peculiarem differentiam conſtituunt, diſtinctam ab hepatica; cùm differant tantùm gradu bonitatis.

Electio.

Eligenda eſt aloë ſuccotrina. Nam caballina eſt tantummodò fæx & ſedimentum aloës, hepatica verò deterior eſt ſuccotrina. Notæ verò optimæ aloës ſunt: *ſubſtantia, pondus, color, odor, ſapor*, in quibus ſingulis conditiones quædam ſpectandæ. *Subſtantia* ipſius debet eſſe ſolida, ac hepatis modo coacta, friabilis tamen, & facilè liqueſcens, ſi in aqua ponatur, non arenoſa, ſed pinguis ac læuis. *Pondere* leuis eſt, quoque leuior, eò præſtantior, quia indicatur leuitate, non eſſe admixtam arenam. *Coloris* eſt ſubflaui vel rufi; pellucidi & tranſparentis; opaca enim & obſcura ſignum eſt vetuſtatis. *Odoris* eſt boni, ad odoren myrrhæ inclinan-

tis, *Saporis* ſecundùm Galen. parum adſtringentis & multum amari.

Qualitates.

Calida eſt ordine ſecundo remiſſo, vel primo intenſo, & ſicca tertio, ſecundùm Galen. quamuis, eodem autore, non ſimplicis, ſed miſtæ ſit naturæ. Nam modicè etiam adſtringit, licèt valdè amara ſit. Quoad *ſecundas* qualitates, intùs ſumpta habet vim aperiendi orificia venarum, & abſtergendi partes, quas permeat: ob id vitanda his, qui hæmorrhagiæ obnoxij ſunt ex ore, aluo, vtero: hinc noxia prægnantibus. Purgat bilem & pituitam craſſam: bilem ſua ſubſtantia: craſſos verò & pituitoſos humores vi ſua abſterſoria; ſed vltra hepar non aſcendit ipſius vis. Euacuat enim tantùm ex primis venis. Galen. 8. compoſ. med. local. in hieræ mentione. Quoad *partes*, ventriculo maximè dicata eſt, ſi quicquam aliud, inquit Galen. & Meſue ipſi prærogatiuam tribuit ſuper omnia purgantia in ventriculo roborando. Prodeſt etiam capiti per conſenſum ventriculi affecto, oculis item, & hepati. Quoad *affectus* & morbos, vtiliſſimè adhibetur in nauſea, cruditate, lumbricis, ictero, cachexia, lippitudine, ſomno turbulento citra

citra febrem, &c. *Temperaturis* prodeſt frigidis & humidis:ſiccis verò, vt bilioſis iuuenibus & ſenibus, aut extenuatis, vt hecticis nocet: niſi quum ingens eſt humidorum excrementorum prouentus. Hinc etiam ventriculo, ac hepati calido ſicco, & frigido ſicco obeſt. Febricantibus quoque cautè adhibenda.

Correctio.

Tria ſunt in aloë, quæ correctione egent. 1. Quòd tardæ ſit operationis. 2. Quòd debilis ſit operationis. 3. Quòd anaſtomotica eſt, & orificia venarum aperit. Primum incommodum corrigendum eſt, additis aromatibus eſſentiæ tenuioris & acribus, vt ſunt, *macis, nux moſcat garyophylli*, *cinamom. ſpica nard. calam. aromat. cubeb. ſchœnanth. crocus.* Alterum incommodum corrigitur à Ruffo quidem addita *terebinthina*, vel alia reſina acriore: Meſ. verò admiſcet alia purgantia, vt *colocynth. turbith.* & ſimilia. Recentiores verò abluunt eam in decocto rhabarb. vel infuſione roſar. & ſic reddunt robuſtiorem. Tertium vitium corrigitur commiſcendo *maſticem, tragacantham, bdellium*, & ſimilia. Vel abluendo eam aqua endiuiæ, aut cichorij: quia hæc ſimplicia frigida & humida bonam

partem ſubſtantiæ medicamentoſæ illi lotione ſubtrahunt. Recentiores omnem noxam aloës corrigunt ſequentibus præparationibus. 1. Quidam ita præparant. R. *Aloes* ℔j. *aceti roſat.* par. ij, *aq. roſar. odoratiß.* par. j. amborum ſc. q. ſ. Bulliant ſimul bis vel ter, colentur ac exprimantur. Quod colatum eſt & expreſſum lento igne ſemper agitando coquatur ad priſtinam aloës conſiſtentiam, ac reſeruetur in vſum. 2. Alij aloëm ſuccotrinam infundunt in ſuccis quibuſdam, V. G. *borraginis, bugloſſ. violar. roſar. rubr. cardui-benedict. veron. chamæpith. chamomill.* ſolis vel mixtis inuicem; ſumendo ℔ ß. *aloes*, ſuccorum ℔ j ß. vel plus etiam, exprimendo poſteà, & coquendo ad ſpiſſitudinem. 3. Alij puluerem aloës nutriunt *ſero lactis, ſucco roſar.* vel *endiu.* & ad ſolem vel fornacem, aut in B. M. exſiccant: exſiccatam iterum in puluerem redigunt, nouum ſuccum affundunt, ac denuò ſiccant; tandem tertiò, vel etiam ſæpiùs nutritam & pulueriſatam aloëm, nouo ſucco imbuunt, & in conſiſtentiam redactam, vel omninò exſiccatam, vſui reponunt. 4. Alij denique parant eam in formam *extracti.* R. Aloës ſuccotrin. q. v. affunde *ſpiritus vin.* vel *aqu. end. acetoſ.* q. ſ. maceretur in B. M. donec liquor coloretur, qui deinde ſeparetur per inclinationem, &

recens

recens affundatur, toties reiterando, dum nullum ampliùs colorem liquor affuſus reddat. Tandem omnis humor collectus & tranſcolatus, redigatur in conſiſtentiam extracti exhalatione vel deſtillatione. Seruetur ad vſum.

Doſis.

A ʒj. ad ℥ij. Meſ. Infuſa ab aureo vno, h. e. ℥j. ad ʒiij. cùm ſc. purgandi conſilium eſt: quòd ſi tantùm aluus ſoluenda, exhibetur à ℈j. ad ʒj. conſideratis tamen conſiderandis.

Formula.

Exhibetur 1. *Forma potionis* in decocto aromatum ſuprà dictorum, aut ſero lactis macerata & expreſſa. Sed hæc forma propter nimiam amaritudinem reſpuitur, niſi in affectibus ſoporiferis ad facultatem ſopitam excitandum. 2. *Forma electuarij*, vt in hiera picra Galeni. Sumendo ſcil. aloëm cum ſuis corrigentibus, & cum melle coquendo in conſiſtentiam electuarij. *Aloes* ſunto partes tres, corrigentium vna, *mellis* triplum, vel quadruplum ad puluerem. 3. *Forma pilularum*, idque vſitatiſſimè. Sic omnes ferè pilulæ

officinales aloëm recipiunt, Pilulæ autem ex aloe variè formantur, pro varia aloës præparatione. Quòd ſi enim veterum more corrigatur & præparetur aloë,ſumuntur eius part. ij. corrigent. pars j. & cum idoneo ſucco vel liquore formatur maſſa pilular. Ita fiunt *pilula de aloë lota* incerti autoris, ex aloës ſucco roſ.lot.℥j. agar.trochiſc. ʒiij. maſtic.ʒij.ſpec.diamoſch.dulc.ʒß.cum vino maluatico. Quod ſi verò ex recentiorum ſententia præparetur,tunc vel ex ea præparatur ſola ac per ſe poſſunt formari pilulæ, cum aliquo liquore,ſi opus. Sic ex aloë roſata formantur cum vino pilulæ,ex ʒj. quot voles:vel inſuper poterit addi ſuccus aliquis inſpiſſatus,vel alius l quor, cum corrigentibus aut dirigentibus,& formari pilulæ ,quarum doſis à ℈j. experiundo ad ʒj vel. plus. Ita parantur pilulæ Angelicæ dictæ.

MYROBALANI.

Genus.

Myrobalani ſunt prunorum quædam genera,quæ Auicennæ & Serapionis interpres Myrobalana vertit citra rationem, Nam Myrobalanos ſignificat nucem, vel glandem vnguentariam.

vnguentariam, ex qua oleum ad pretioſa vnguenta exprimitur. De qua Dioſcor. lib. 4. cap. 154. At noſtra Myrobalana nec glandium ideam referunt, nec pretioſum vnguentum redolent. Sunt autem eorum quinque genera in officinis vſitata, à diuerſis arboribus producta: *citrinæ*, *chebulæ*, *Indæ*, *emblicæ*, & *bellirica*: quarum cortex tantùm in vſu. *Citrinæ* dicuntur à colore citrino, corticem habent paruum ac tenuem, nucleum magnum. *Chebulæ* maximæ ſunt omnium & longiſſimæ, rugoſæ, & anguloſæ, paruum habentes nucleum. *Indæ* paruæ ſunt & valdè nigræ. *Emblicæ* fragmenta potiùs ſunt, quàm integra pruna. *Belliricæ* rotundæ ſunt inſtar gallæ, corticem ac nucleum craſſum habentes.

Electio.

Citrinæ commendantur, quæ in viridi flaueſcunt, ponderoſæ vel graues, quia carne mucida & denſa infarctæ, gummoſæ, ſi frangantur, oſſis exigui. *Chebulæ* præſtant, quæ præ cæteris craſſiores, colore nigro purpuraſcente; & quæ in aquam deiectæ fundum quàm citiſſimè petunt. *Indæ* excellunt, quæ maximè nigricant, craſſæ, ponderoſæ, nullo intus oſſe, & quæ confractæ in vnum

compactæ cernuntur. *Emblicæ* laudantur, quæ in maiora, craſſiora, denſiora & ponderoſiora fruſta diuiduntur, & quæ minùs oſſis quàm pulpæ habent. *Bellíricæ* optimæ ſunt magnæ, multâ & denſa carne graues, & quibus craſſus ſit cortex.

Qualitates.

Myrobalani omnes frigidæ ſunt primo, & ſiccæ ſecundo gradu, exceptis emblicis, quas Meſ. dicit, frigid. & ſicc. in primo tantùm gradu, ſed intellige admodum intenſo. Vnde quoad *ſecundas qualitates*, omnes purgando ſimul adſtringunt; hinc fluxionibus omnibus dicatæ, & hemorrhoidibus conferunt. Ventriculo, cordi, ac iecori dicatæ. In ſpecie autem *citrinæ* ſunt Cholagogæ. *Indæ* melancholiam ducunt, & exhilarant. *Chebulæ* & *emblicæ* phlegmagogæ. ſunt. *Bellíricæ* ea omnia poſſunt, quæ priora.

Correctio.

Corrigitur adſtrictio ipſorum additis aperientibus & vrinam cientibus; vt ſunt ſem. odorata: vel ſi fricentur, & iniungantur *oleo amygdalar. dulc.* vel *butyro*, dum attenuantur & comminuuntur.

Doſis.

Doſis.

Puluer.ʒij.Decocti aut infuſi ℥ß.ʒvj.

Modus.

Exhibentur vel *conditæ*, vel in *infuſione* aut *decocto*. *Conditæ*, ſi roborandi conſilium, ſumendo pluribus diebus vnam à cibo. In *infuſo* vel *decocto*, vbi magis vacuandum. Coquuntur autem vel iufunduntur in aqua, iure, ſero & vino ad ʒvj. per ſe, vel ℥ß. cum aliis, additis corrigentibus. In expreſſione dein alia ſoluuntur, vt dictum, in Rhabarbaro.

SCAMMONEA.

Genus.

Eſt ſuccus concretus plantæ eiuſdem nominis, qui ex inciſa radice lactei ſucci plena colligitur, & reſeruatur. Cuius variæ ſunt differentiæ ratione loci natalitij apud Dioſcoridem, Plinium & Meſuem; optima tamen eſt Antiochena.

Electio.

Notæ optimi ſcammonij ſunt *ſubſtantia, pondus, color, odor & ſapor. Subſtantia* læue eſt rarũ, & fungoſum, inſtar ſpongiæ tenuiſſimis foraminibus ſeu fiſtulis: friabile ac tenerum, puluetatu facilimum, ac citò liqueſcens. *Pondere* quàm leuiſſimum Plinio. *Colore* ſplendidum ac nitidum: inſtar gummi, tranſlucens, inſtar glutinis taurini: cùm frangitur, fuluum, linguæ verò affricatum, vel aqua dilutum, lacteſcens, *Odore* non tetro, licèt non ſuaui. *Sapore* inſipidum, neque vehementer linguam calefaciens, quod admiſti tithymali argumentum eſt.

Qualitates.

Temperamento calidum eſt, & ſiccum ſcammonium, & quidem ordine tertio ſecundùm Meſuem, ac proinde calidis & ſiccis naturis nociuum. A cuius tamen ſententia cogimur diſcedere; nam ſi legitimum ſit, ſcammonium, nec tithymali ſucco adulteratum, ſtatuendum potiùs calidum & ſiccum moderatè quandoquidem nec acre guſtu, nec amarum, vt malè ſentit Meſ. ſed potiùs inſipidum. Purgat à partibus remotis

remotis bilem tenuem, aquas citrinas & ſeroſos humores confertim. Magna enim trahendi facultate eſt præditum. Hinc ſi paulò largiore copia ſumatur, humores acres confertim attracti & prolapſi in inteſtina, grauia inducunt ſymptomata. Nam acrimonia ſua inteſtina abradunt, vnde tormina, dyſenteria, & teneſmus: venarum item orificia aperiunt, vnde immoderatæ alui fluxiones nonunquam ad ſanguinem vſque: præterea flatus quoſdam mordaces expirant, quibus cor, hepar & reliqua viſcera conturbantur, & ventriculus vſque adeò laceſcitur, vt ſumentibus nauſeam concitet: denique acrimonia ſua ſpiritus corporis inflammant, hinc febres facilè excitantur. Quæ omnia ſymptomata Meſ. & alij propriæ ſcammonij naturæ abſcribunt, cùm potiùs humoribus mordacibus, quos propria quadam facultate confertim attrahit, accepta ſint ferenda, quandoquidem purum ac legitimum ſcammonium talem naturam non habeat, qualem ipſi attribuunt.

Correctio.

Corrigitur ſcammonium, quia creditur prædicta ſymptomata per ſe excitare, cum adſtringẽtibus, refrigerantibus, lenientibus,

cardiacis, hepatios, ſtomachicis: ex quibus variæ fiunt præparationes ſcammoneæ, quas videre licet apud Meſuem. Vſitatiſſima tamen correctio fit cum *ſucco cydonior. cortic. myrob. citrinor.* & *maſtice*, ex quibus ſ.a. fiunt trochiſci: ad ℔ j. *ſcammon. electi* ſumuntur *cortic. myrobalan. maſtic.* ana ℥ß *ſucci cydon.* ℔ ß. & ℥ß. fiant trochiſci. Vel ſcammonium tritum in malo cydonio excauato, & paſta obuoluto, coquitur in clibano aut prunis. E pomo refrigerato ſcammonium eximitur, & vſui reſeruatur. Vera autem ſcammoneæ præparatio fit cum ſucco limonium depurato, in quo diſſoluitur in B. M. & feruens adhuc per linteum tranſmittitur: quo pacto craſſa & impura eius ſubſtantia, quæ non niſi noxam parit, ſecernitur. Scammonium ſic præparatum ac correctum appellatur Diagrydium.

Doſis.

Doſis præparati ſcammon j, h.e. diagrydij. à g. vj. ad g. xij. ℈j. Meſ. à g. v. ad xij. Dioſcor. & Ruffus vſque ad ʒj. Paulus & Aëtius vſque ad ℈ j. Quicquid ſit Græcorum ſcammonium fortè mitius erat, nec vt hoc tempore ſucco tithymali adulteratum. Standum itaque potiùs in doſi Meſuæ, quàm Græcorum: vt doſis

doſis infima ſit g̃.v.vel vj.media g̃.xij. ſumma g̃.xv.vel ℈j.

Vtendi modus.

Vſurpatur diagrydium,*forma potionis*, *boli*, *electuarij*,*pilularum*, *pulueris*. *Potionis forma* exhibuit Dioſcorid.cum aqua pura,vel mulſa. Elegantiùs hodiè cum *ol. amygdal. dulcium* aut *ſyr.roſ.ſolut.ſimplic.*& *aqua deſtill.* conuenienti. R.V.G.*ſyr.roſ.ſolut.ſimplic.*℥j. *diagrydij*. g̃. vij. plùs minùs, cum *aquæ cichor.*ſ. q. fiat potio. *Bolus* conficitur ex *Diagryd.*g̃.xij.xv.cum *conſeruæ roſar.* ʒij. & *ol. garyophyl. deſtillat.* gutt. iv.gratiſſima purgatio. *Electuarij forma* vſurpatur in *electuario de ſucco roſarum* & *diacydonio lucido purgante*, cuius vtriuſque doſis ad ʒiij.quamuis *elect. de ſucco roſar.* per ſe non vſurpetur ferè, ſed diſſolutum aqua deſtill, conuenienti in formam potionis. Fit etiam iucundiſſimum elect.ex mucilaginis pomorum duplo ad ſaccharum, cocto ad conſiſtentiam iuſtam: addendo deinde infuſum ſcammonij hac proportione, vt ℥ j. elect. recipiat ʒj. infuſi:iterum dein coquendo ad iuſtam conſiſtentiam fiat elect.inſtar diacydon.Doſis ad ℥iij. Infuſum autem ſcammoneæ fit in aqua vitæ quod dein per chartam emporeticam traiicitur. *Pilular. forma*

vſurpatur cùm in multis maſſis pilular,officinal.tùm etiam formando pilulas magiſtrales, ex diagridij certa doſi,V.Gg̃.viij-ix.xij.cum ſucco vel ſyr.idoneo. *Puluis* denique ex diagrydio ſic fit. R. *cremor. tar.*℈ij. vel ʒj. *diagryd* g̃ vij.vel plùs indicationibus,Mß.fiat puluis,qui ſumatur in iuſculo.

PVRGANTIVM II. CLASSIS, in qua tractantur.

PHLEGMAGOGA

CARTHAMVS.

Genus.

Eſt ſemen cnici ſatiui, cuius medulla tantùm ad purgationes vtimur; proinde etiam in receptis vulgò præſcribitur medulla ſeminis carthami contuſi.

Electio.

Melius eſt ſemen,quod eſt album & planum, craſſum & plenum: cuius medulla eſt vnctuoſa & pinguis,& cortex tenuis.

Qualitates.

Qualitates.

Meſuæ calidum 1. & ſiccum 2. (Galenus & Paulus calefacere dicunt in tertio, ſi quis extrinſecus vtatur.) Purgat pituitam & aquas, mitè flatus diſcutit; proinde colicis & anaſarcæ confert. Thoraci & pulmoni ſtudet; ſed ventriculo aduerſatur.

Corrigentia.

Corrigitur, quatenus lædit ventriculum, ſtomachicis, qualia ſunt *aniſum*, *cinamom. galanga*, *maſtix*, & ſimilia, quatenus tardæ eſt operationis, additis acribus, vt *cardamomo*, *zingibere*, *ſale gemmæ*.

Doſis.

℞ ℥ ß. ad ʒ vj. ℥j.

Modus.

Exhibetur rarò extra compoſitionem officinalem *diacarthami* in liquido ac ſolido. Apud Meſuem tamen ex ſua & aliorum ſententia vſurpatur, 1. *Forma pilularum*, formando ex *medulla carthami*. ʒ x. cum *cardamom.* ʒj.

pilulas inſtar ciceris, & dando ℥v. pro vna doſi. 2. *Forma ſyrup.* melliti, oximelliti, oximellitis ſc. *medulla carthami* panno ligata, & *oxymelliti ſquillitico*, dum coquitur, immerſa, quia id ſolutiuum efficitur. 3 *forma boli.* R. *Medull. cartham.* ℥ xij. *penidior* ℥iv. *cardamom zingib.* ana ℥ j. cum melle, fiunt boli inſtar nucis, quorum vnum vel duos ſumat. 4. *forma potionis*, eadem medulla ad ℥ß. cum corrigentium momento, in iure galli cocta & propinata.

AGARICVS.

Genus, & electio.

Eſt fungus adnatus trunco laricis, nomen habens ab Agaria, Sarmatiæ regione, in qua præſtantiſſimum naſcitur, quamuis optimum quoque habeatur ex Delphinatu Galliæ, mentibus Tridentinis, nec non Rhetorum, Vindelicorum, & Noricorum tractu.

Notæ optimi Agarici hoc diſticho continentur.

Res frangi preſto, pretioſus Agaricus eſto,
Candidus & ſplendens, bonus in libra leue pendens.

Improbatur nigricans, grauis, corroſus,

ſus, & qui caudici prope adnatus inhæſit.

Qualitates.

Calidus eſt primo, ſiccus ſecundo gradu: incidit, attenuat, terget, aperit & diſcutit. Purgat pituitam, craſſam præcipuè ac lentam, & bilem vtramque à cerebro, neruis, muſculis, ſenſoriis, ſpina dorſi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, vtero, articulis, venenis quoque reſiſtit. Vnde forſan à Democrito medicina familiæ appellatur; quòd ad omnes corporis partes conformitatem habeat, earumque obſtructiones, atque ab iis genitos morbos inueteratos tollat. Omni ætati tutus eſt.

Correctio.

Duo vitia corrigenda ſunt in Agarico: 1. Tarditas ipſius. 2. Leuitas, ob quam ad fundum ventriculi ægrè deſcendens nauſeam & vomitum facit, & inteſtinis adhærens ea lancinando & pungendo, fluxioneſque concitando dolores parit: quæ vitia variè quidem apud Meſuem corriguntur; optima tamen ratio eſt, ſi trochiſcetur agaricus, cum ſ.q. vini albi, vel maluatici, in quo zingiber fuerit infuſum.

Doſis ac *Modus.*

Puluis trochiſcati & non trochiſcati à ℈ij. ad ʒj. ʒij. In decocto vel infuſo à ʒij. ad ʒiv. ʒv. Exhibetur *forma potionis, pilular. boli. Potionis, formà*, ſi puluis agarici, præſertim trochiſcati, conuenienti liquore diſſoluatur, & exhibeatur: vel in eodem decoquatur aut infundatur, & poſteà colatura propinetur. *Pilularum forma*, cùm in pilulis officinalibus, tùm etiam magiſtralibus, formando ex certa doſi agarici, additis, ſi lubet, deducentibus ad partem affectam, cum melle vel ſyrupo idoneo pilulas. *Boli* denique *forma*, ſumendo quantitatem agarici, & cum *diaphœnico* vel *conſerua roſar.* formando bolum.

TVRBITH.

Genus.

Turbith eſt radix, ex aliqua harum plantarum, quæ lacteum ſuccum fundunt, accepta. Sed qualis illa ſit, anceps eſt controuerſia; vnde alij aliter iudicãt. Actuar. modo pityuſæ radicem, modo alypum Dioſcor. exiſtimat: Serapio & Auicenna radicem tripolij Dioſcorid. Braſauolus putat tithymali myrſinitis

myrſinitis radicem. Alij, inter quos Fuchſius, thapſiæ, alij ſcammoneæ radicem autumant. Vnde Cluſio monente in Garciam, loco turpethi in multis Hiſpaniæ locis vtuntur radice thapſiæ, & aliis locis Europæ radicæ ſcammoneæ.

Electio.

Laudatur ponderoſum & ſubalbidum, aut cinericium, recens ac fractu facile, intùs gummoſum. Adulteratum enim in extremitatibus tantùm gummoſum eſt.

Qualitates.

Calidum eſt in tertio, & ſiccum in ſecundo gradu intenſo. Purgat pituitam craſſam & tenacem, ac putrem ex ventriculo, pectore, & partibus remotis, vt iuncturis. Vnde confert arthriticis, febribus pituitoſis, præſeruat à pſora, lepra & aliis vitiis pituitoſis cutis, ſecundùm Meſ. Nocet ventriculo, nauſeam vomitumque excitans. Pueris, ſenibus, ac grauidis non dandum.

Correctio.

Corrigitur, quatenus tardæ & debilis eſt operationibus, acribus, vt *zingiber*. quatenus

ventriculo nocet, ſtomachicis, vt *maſtice*, *pipere*, & aromaticis, quatenus corpus extenuat, mitigantibus, vt *oleo amygd. ſero lactis ſyr. viol. paſſulis, ſaccharo.*

Doſis.

Puluer. à ℈ij. ad ʒj. ℈iv. Meſ. à ʒj. ad ʒij. in decocto doſi dupla datur.

Modus.

Exhibetur 1. *Forma pilular.* ex ʒj. V. G. pulueris ipſius, additis corrigentibus proportione ſubtripla, formando pilulas cum ſyr. idoneo. V. G. *violaceo.* 2. *Forma puluer.* R. *Turbith.* ʒj. corrigentium ℈j. *ſacchar.* duplum ad puluer. M. ß. fiat puluis ſumendus in juſculo 3. *Forma tabularum*, ſumendo puluerem, & cum ſaccharo ſoluto formando tabulas. 4. *Forma boli*, miſcendo puluerem cum *conſerſerua roſar.* N. B. In vermibus vtiliſſimum exhibere turbith. cum Rhabarbaro. 5. *Forma decocti*, ſeu *potionis*. R. V. G. *Turbith.* ʒij. vel ʒiij. cum corrigent. coq. in liquoris idon. ſ. q. exhibendo colaturam, vel in ea diſſoluendo inſuper alia, vt *ſyr. violas.*

HERMODAC.

HERMODACTYLVS.

Genus.

Eſt radix ſeu bulbus *iridis tuberoſæ Lobel.* quæ exſiccata ad nos fertur,& *verus Hermodactylus,pauli* cenſetur.Cuius loco , vt antehac,ſic etiamnum magno cum damno,multis in locis vſurpatur *hermodactylus vulgaris*, qui eſt radix,ſeu bulbus *Colchici* , quod aut eſt venenum , ideóque intra corpus ſumi non debet.Quale eſt illud,quod in Colchide naſcitur;aut non purgat,vt noſtras ; aut purgat quidem, ſed non eſt Pauli hermodactylus, vt *Syriacum.*

Electio.

Notæ hermodactyli boni hoc diſticho continentur:

Laus tibi de iure datur , Hermodactyle duro,
Ac ſolidus ſiſis,albi cui ſigna coloris.

Solidum hic opponitur raro,laxo , & friabili. Ad has notas minimè accedit bulbus *Colchici.*Hic enim ſiccatus ; rugoſus euadit,& foris,intúſque nigricat , vel obſcurè rubeſcit.

R

Qualitates.

Calidus eſt,ac ſiccus ordinis ſecundi initio,cum humiditate tamen, vt Meſ. loquitur, excrementitia,flatulenta, nauſeabunda, qua ventriculo aduerſatur. Pituitam lentam & humores viſcidos ab articulis efficaciter trahit:vnde,Paulo autore,artriticis priuatim dicatus eſt.

Correctio.

Corrigitur tenuantibus,*cimino, zingib. ſpica, cinammoo*,& ſimilibus ſtomachicis & arthriticis, quæ vim ipſius ad articulos deducunt.

Doſis, ac *modus.*

Meſ.à ℨj. ad ℨij. Vſurpatur 1. *Forma puluer.* ℞. ℨ j. *hermodactil.* cum puluer. *zingiber. & piper.* 2. *Decoct.* ℞. *hermodact.* ℨ ij. corrigentium aliquot ana ℈ j. contundantur craſſo modo & liquore idoneo coquantur. 3. *pilular.* in piſul.de hermodactylis Meſuæ maioribus,quarum deſcriptio in Auguſtano. 4. *Trochiſcor.* ſumendo ſecundùm Meſ.*hermodactyl.*cum ſuis corrigentibus, & cum ſucco raphani aut ſcillæ,formando trochiſcos.

MECHO

MECHOACA.

Genus.

Eſt radix bryoniæ peregrinæ, ex Mechoaca, nouæ Hiſpaniæ Inſula, allata, quæ duplex: Mechoaca alba ſeu vulgaris,& Mechoaca nigra,quam à loco natali Maſilienſes Ialapium vel Gelapo vocant vulgò radix Ialap.

Nota vtriuſque.

Vulgaris Mechoaca deligenda albicans ac recens. Improbatur quæ valdè candida, aut nigra, aut carioſa, adulteratur radicibus bryoniæ in talçolas diſſectis & reſiccatis ad formam Mechoacæ. Dolus deprehenditur teneritudine Mechoacæ, cùm bryonia habeat ſubſtantiam longè ruderiorem. *Mechoaca nigra* priori ſimilis,ſed cortice nigricante veſtita, interiùs rufeſceus, quæ teſſulatim inciſa rotunda,magnitudine & figura calculum aleatorium repræſentat: guſtu eſt non ingrato & gummoſo, & ob copioſam gummoſitatem igni admota flammam concipit.

Qualitates.

Calida eſt in primo & ſicca ſecundo gradu, inſipida ferè; nec vllius acrimoniæ participes, ſecus quàm pryonia ſylueſtris, quæ acris eſt, & calida multum. Purgat pituitam & aquas, ac purgando partes roborat. Tuſſi veteri, colico: dolori & lui Venereæ plurimum confert. Omni ætati vtilis. Sed Ialapium vulgarem Mechoacam facultate ſuperat. Nam ob gummi copioſum fortiùs humores ſeroſos purgare exiſtimatur.

Correctio, ac *Doſis.*

Corrigitur cum *cinamom. aniſi.* aut *maſtices* tertia parte. *Doſis* à ʒ ß. ad ʒ j. vel ʒ ij. Radix *Ialap.* ad ʒ j. tutò exhibetur.

Modus vtendi.

Sumitur in ſubſtantia ferè tantùm; ſumendo puluerem ipſius cum liquore idoneo, præſertim cum vino, quamuis etiam cum iuſculo ſumatur. In decocto non datur. Nam experientia compertum eſt, coctione vim ipſius perire & exolui. In infuſione cùm præſcribitur, liquor non ſolus exhibendus; ſed puluis infuſus.

COLO

COLOCYNTHIS.

Eſt fructus cucurbitæ ſylueſtris cuius pulpa alba & leuis, à ſeminibus purgata, in vſu eſt.

Calida & ſicca eſt tertio gradu. Purgat pituitam & alios humores craſſos glutinoſos, è profundis & remotis partibu, vt cerebro, neruis muſculis, articulis, pulmonibus, thorace: quo nomine vſurpatur in cephalalgia, hemicrania inueterata, apoplexia, epilepſia, vertigine, aſthmate, tuſſi, diſpnœa, morbis articularibus frigidis, dolore colico flatulento ad pituitam vitream ex inteſtinis deturbandam. Nocet valdè ventriculo & inteſtinis, quorum fibris adhæret. Pueris, ſenibus, & prægnantibus eſt inimica.

Corrigitur vel forma trochiſcorum qui vocantur *trochiſci albandali*, & nihil aliud ſunt, quàm colocynthis præparata, quæ ingreditur omnes compoſitiones colocynthidem recipientes; vel additis cardiacis, hepaticis, ſtomachicis, & rebus lentis, vt *tragacanth. ol. amygdal.*

Doſis à gr.vj. ad gr.xv. ℈ j. Dioſc. ℈ ij.

Vſurpatur commodiſſimè *formà pilularum* quamuis & in *electuar.* vt in hiera diacolocinth. *Pilulæ* ita formari poſſunt.

℞.*Pulpæ colocinth.* ℥x. *cinam. zingib.* ana ℥. vi. *moſchi* ℥j. cum ſyr. idoneo formentur pilul. aliquot. Poteſt etiam vſurpari *forma extracti* hoc modo. Affunde pulueri ipſius ſpiritum vini ad extantiam ſex digitorum, digere per dies 20. vel vltrà: poſteà per inclinationem effunde, tandem ad ſpiſſitudinem mellis redige: addendo ad ℥ j. ſucci, *olei cinamom.* ʒj. *Doſis* ℈ß. cum ſyr. roſato.

OPOPANAX.

Eſt ſuccus panacis Heraclei, ſecundùm Dioſc. Galen. & omnes ferè, excepto Meſue, qui ex ferulaceo Panace ſiue Aſclepio ac aliis nonnullis, qui ex Chironio fieri volunt.

Quicquid ſit, *probatur* valdè amarus, interne albus aut ſubfuluus, pinguis, tener, friabilis, ſtatim liqueſcens, odore graui.

Calidus & ſiccus in tertio Meſ. at Galen. ſicc. in ſecundo. Pituitam craſſam & viſcidam à remotioribus partibus & articulis allicit ſecundum Meſuem, quamuis nec Dioſc. nec Galen. ei vim purgandi tribuant. Nocet ventriculo & tardæ eſt operationis: ac proinde *corrigitur* tertia parte *maſtices*, *ſpicæ*, *zingib. cinamom.* & *enula campanæ*.

Doſis ad ʒ j. à ʒ ß. Meſ. à ʒ j. ad ʒij. Braſſauol.

uol.ad ℥iij.Vſurpatur in *pilulis*, (hinc pilul. de opoponace Meſuæi.) R. V.G.ʒj. *opopon.* acue cum *diagr.*g̃.iv. &c. & cum ſyr.fiant pilul.

SAGAPENVM.

Eſt ſuccus plantæ cuiuſdam,quæ & ipſa Sagapenum dicitur Galen.8. ſimplic.ac ex Media ortum ducit.

Laudatur tranſlucidum, foris colore fuluo, intùs albido,guſtu acri,odore graui,ſubſtantia craſſa,facilè liqueſcens in vino.

Calidum, ordine tertio,ſiccum ſecundo. Purgat pituitam craſſam & alios humores lentos ſecundùm Meſ.à Græcis facultas deiectoria ſilentio prætermiſſa eſt.

Corrigentia, vt opopanax.

Doſis à ʒ ß.ad ʒj.Vſurpantur in *pilul.* R.*ſagapeni* ʒ j.*maſtic. cinam. zingib.* ana g̃.iij. fiant pil.cum ſyr.aliquo.

EVPHORBIVM.

Eſt ſuccus arboris Libicæ, ab Euphorbo Medico Iubæ Regis Mauritaniæ nomen habens.

Eligatur tranſlucens, & ex rufo pallidum, in granula concretum, quod leuiter guſtatum os diù accenſum tenet.

Calidum & ſiccum eſt in quarto gradu. Purgat pituitam craſſam & lentam,& aquoſos humores; ob id valentiſſimum eſt medicamentum in affectibus inde natis, vt arthritide, colicis doloribus,& hydrope; ſed vehemens eſt medicamentum, & anxietatem quandam excitat.

Quapropter *corrigendum* eſt medicamentis acrimoniam ipſius mitigantibus, vt *ol. amygd. dulc. ſucco citri*: præterea cardiac. & ſtomachicis,vt *maſticè*, *croco*. Optima ipſius præparatio fit cum aceto deſtillato, ſucco limon. depurato, aut phlegmate vitrioli imprægnato ſuo ſpiritu: in quibus diſſoluendum eſt euphorbium in B. M. & adhuc calens per linteum traiiciendum.

Doſis à gr.iij.ad viij.vel xij.

Vſurpatur vel in *pilulis*. R. V.G. *Euphorb.* gr.vj.mitigantium aliquot. V.G.*ſemin.lactuc. portul.endiu.flor.roſar.*ana gr. iij. & cum *ſucco limon* fiant pilulæ. Vel cum aqua aut ſucco endiuiæ ſolutum, inſtar potionis. Vel *boli forma* cum caſſia.R.V. G.*Caſſiæ* Drach. iij. *euphorp.præp.* g.iij cum ſaccharo fiat bolus.

PVRGAN.

PVRGANTIVM III. CLASSIS, in qua tractantur

MELANAGOGA

SENA.

Eſt planta ſiliquoſa,è regionibus orientalibus ad nos primùm allata, & colluleæ admodum ſimilis,cuius folia in vſum veniunt, quamuis folliculi efficaciores ſint Meſuæ. Quod intelligendum de folliculis decerpitis virentibus & ſucculentis, moxque ſiccatis, non autem de caducis & in planta arefactis.

Sed cùm folliculi ad nos non ferantur, *eligenda* ſunt folia ſenæ viridia, probè reſiccata,non maculoſa, nec teredine attrita, & à ſtipitibus mundata ac repurgata.

Quoad *qualitates*, folia ſunt cal. ſicc. primo. Purgat melancholiam, bilem aduſtam & pituitam à cerebro, pulmone, hepate, liene, ventriculo & meſenterio : proinde dictarum partium morbis ab eiuſmodi humoribus proficiſcentibus medetur. Omni ætati tuta,ac etiam prægnantibus. Vtiliſſimum catharticum.

Corrigitur, quatenus flatulenta & ventriculo obeſſe creditur,*zing.cinam.aniſo.gariophi.*

Doſis à ʒ j. ad ʒ j. ß. ʒ ij. quidam ad ʒ iij. Exhibetur vel *in ſubſtantia*, vel *in infuſo* aut *decocto*.*Subſtantia* variè ehxibetur. 1. *Forma pilular*.R.V.G. *Pulu.ſen.* Drach.j. *zingib. cinam.* ana ℈ß *ſal.nitr.* gr.v. fiant pilul. cum ſyr. aliquo,quæ vel omnes ſumi poſſunt,vel aliquot ſaltem inſtar vſualium. 2. *Potionis.* ſoluendo puluerem *ſenæ* cum corrigentibus in liquore idoneo,præſertim ſero lactis.3.*Forma placētulæ*.pro pueris,puluere *ſenæ* cum cinam. melle ſubacto, & cocto ad conſiſtentiam placentæ.4. *Forma cidoniati*, vt dictum in Rhabarbaro. *Infuſum* ſenæ etiam variè exhibetur.I. *Communiter* folia *ſen.* infunduntur doſi dupla,ad eam, qua in ſubſtantia dantur cum corrigentibus, in vini albi ſ.q.poſteà fit expreſſio: quæ vel per ſe exhibetur, vel aliis inſuper in hac diſſolutis,vt in Rhab.dictum. II. *Forma extracti* ſ.a.parati cum aq. *lupuli, ſcolopendr.borrag.fumar*.addita portione *caryophill. zingib.ſemin. fœnicul.&c.*3.*Forma ſpiritus ſennati.* ℞.*Fol.ſenæ purg.* ℥ iij.*cremor.tartar.*℥ ij.*cinam.*℥ j. *mac.* ℥ ß.*ſpec. diagal.* ℥ j. ß. *zingib.* ℥ ß. Infunde triduum in ſpiritus vini vel communis, vel maluatici ℔ ij. poſteà coletur & ſeruetur. *Doſis* ab ℥ ß. ad ʒ vj. *Decoctum* ſenę eodem modo fit vt decoctum *Rhabarb.* mutatis mutandis.

POLYPODIVM.

Eſt herba ſimilis filici, in muſcoſis petris & vetuſtis arborum caudicibus naſcens, vnde *dendropteris*, *filix arborea* dicitur: cuius radix, quæ ſola in vſum venit habet multos nodos & cirrhos polyporum piſcium ritu hinc nomen.

Eligendum, quod in quercu naſcitur, & recens eſt, ac nodoſum. Inueteratum adſtringit.

Quoad *qualitates*, bilem aduſtam & pituitam purgat. Opitulatur colicis. Lieni peculiariter prodeſt, vnde in affectibus hypochondriacis vtiliſſimum.

Sed quia admodum deſiccat, *corrigendum* eſt *liquiritia*, & ad ipſius operationem iuuandam, tertia parte, *aniſi*, *fæniculi*, *zingib.&c.*

Doſis à ℨij. ad ℨiij. & ℥ß.

Exhibetur in *decocto* vel *infuſo* facto cum liquore idoneo. h. e. partem & affectum reſpiciente. V. G. cum *ſero lactis* in ſcabie ab vſta bile, *aqua hordei* in febribus quartanis: additis corrigentibus idoneis proportione ſubtripla.

EPITHYMVM.

Eſt planta, quæ thymo,hyſſopo,ſatureiæ, ſerpillo,aliiſque plantis cuſcutæ modo circumnaſcitur,à qua differt figura, roci natali,& qualitatibus; licet multi epithymum & cuſcutam promiſcuè ſumant. Quicquid ſit, hæc medicamenta potiùs aperientium quàm purgantium rationem habent,& præſtat cum aliis,quàm iis ſolis vti. Ac proinde rectiùs ad alterantia referenda fuiſſent, ad quorum etiam claſſem relegamus.

HELLEBORVS NIGER.

Helleborus niger duplex eſt,*adulterinus* & *verus. Adulterinus* iterum vel eſt *hortenſis*, quem Fuchſius Eriſtvurken appellat, & *ſylneſtris*,ſiue *belleboraſter. Verus belleborus* niger aliis eſt, quem Matthiolus *flore purpureo* vocat,aliis *ſanicula fœmina* Fuchſ. aliis quem Matthiol.*Pſeudo-belleborum* vocat, & habet flores buphthalmi. In vſu *eligendus* eſt verus helleborus, & in eius defectu adulterinus hortenſis. Vſurpantur autem ſolæ radices tenui medulla proiecta, quæ vino cydoniorum maceratæ loco tepido, poſteà exſiccantur & reponuntur ad vſum.

Quoad

Quoad *qualitates*, calidus & ſiccus eſt in tertio gradu. Purgat melancholicum ſiccum, & alios humores aduſtos ſolutu contumaces: proinde omnibus morbis melancholicis prodeſt, vt maniæ, melancholiæ, elephantiaſi, quartanariis, &c. Vbi notandum, helleborum nigrum rectè vſurpatum innoxium eſſe medicamentum, vt tutò pueris, grauidis & debilibus corporibus dari poſſit.

Corrigitur cardiacis & ſtomachicis, vt *cinam. aniſo. fœniculo, &c.*

Doſis in ſubſtantia, à gr. x v. ad ℥ ß. ℈ ij. Meſ. ʒ j. In infuſo vel decocto, à ʒ j. ad ʒ ij. vel ʒ ij. ß. Quidam ad ℥ ß. ſed aſcendendo à ʒ j.

Exhibetur vel *ſubſtantia* ipſius, vel *infuſum*, vel *decoctum*. *Subſtantia* ipſius exhibetur. 1. *Forma puluer*. ſumendo *ellebori nigr.* ℈ ij. *zingib. maſtic. roſar. rubr. cinamom. aniſ.* ana gr. iv. Miſc. in iuſculo vteri. In pueris ſume ℈ j. 2. *Forma pilular.* formando ex prædicto puluere cum ſyr. idon. pilul. 3. *Forma placentularum*, vt dictum in ſena, & rhabarbaro. 4. *Forma cydoniati*, vt dictum in rhabarbaro. *Infuſum* hellebori fit 1. *communi modo*. in liquore idoneo, puta, decocto, hydromelite, aqua hordei, &c. vt ſæpiùs dictum 2. *Extracti forma*; vbi notandum, quoad menſtruum, nonnullos

ſumere *aquam aniſi* additis corrigentibus: nonnullos ſolam aquam pluuiam accipere ſine corrigentibus, eò quòd notarint hellebori malitiam, vel potiùs vim purgantem aromatum admixtione intendi ac augeri. *Doſis* extracti eſt ℈ j. *Decoctum* quoque fit duplici modo. 1. *Communiter* in liquore idoneo, vt alia purgantia. 2. In *pomo helleborato*. Pomum transfigitur radice hellebor. nigri & caryophyllis, charta cooperitur aqua frigida madefacta, ac ſic coquitur in cineribus: inde extracto helleboro & caryophyll. pomum cum ſaccharo comedendum offerimus.

LAPIS ARMENVS.

Lapis Armenus non modò in Armenia prouenit, ſed etiam inuenitur in argentifodinis Germanicis, ex quo color paratus in vſum pictorum.

Optimus eſt læuis, cæruleo viridis, non lapidoſus & friabilis.

Calidus ſiccus ſecundo gradu. Purgat melancholiam, & curat eoſdem affectus cum elleboro nigro.

Corrigitur minutiſſimè tritus, frequenti lotione cum aquis cardiacis, *roſar. bugloſſ. &c.* toties facta, donec aqua nullum ampliùs vel colorem, vel ſaporem induerit.

Doſis

Doſis loti, à ʒ ß. ad ʒ j ß. ʒ j. *Illoti*, ad ʒ j.
Sumuntur omnibus modis, vt lapis Lazuli.

LAPIS LAZVLI.

Lapis Lazuli vel cyaneus, aut cæruleus, magnam cum Armenio, tùm ratione originis, tùm facultatis & virium cognationem habet, vt alter alteri facilè ſubſtitui poſſit.

Eligendus eſt autem lapis lazuli aureis maculis diſtinctus, ſeu in cuius fracturis radiantes quædam aureæ ſtellæ micant, vnde à Meſuæo lapis ſtellatus vocatur.

Calidus ſecundo & ſiccus tertio. Eaſdem cum Armenio vires, ſed debiliores habet.

Corrigitur vt armenius.

Doſis, à ʒ ß. ad ʒ j. ʒ j. ß. Meſ. à ʒ ij. ad ʒ ij. ß.

Vſurpatur, 1. *Forma pilular*. R. ℈ ij. vel ʒ j. *lap. Lazuli præparat.* cum *cinam. zingib. camph.* ana g. vj. Miſc. & cum ſucco aliquo fiant pil. 2. *Forma pulueris*, ſumendo puluerem ipſius ſubtiliſſimè tritum cum aromatibus quibuſdam, in iuſculo vel alio liquore 3. *Forma boli*, miſcendo prædictum puluerem cum conſeru. *borrag.* 4. *Placentæ forma*, ſed tùm in alcool redigendus eſt lapis, ne puluis dentibus hæreat. 5. *Forma potionis*, in vino odorato

ſumendo puluerem. 6. In *jentaculo* quodam idoneo. *Nota*, ſemper id tenuiſſimum puluerem redigendum eſſe.

PVRGANTIVM IV. CLASSIS, in qua tractantur,

HYDRAGOGA.

SAMBVCVS & EBVLVS.

Ebulus, & *Sambucus* ſimiles ſunt plantæ foliis, flore & fructu, ſola magnitudine apud Dioſcor. differentes. Eubulus enim eſt ſambucus minor ſeu chamæacte: Sambucus verò in arborem aſſurgit. Vtriuſque & ſemen & cortex medianus, & ſuccus radic. folior. ac fructuum in vſu ſunt, ad aquas educendas.

Doſis, ſeminum baccar. ʒj. cortic. ʒij. ſucci ℥ß. ʒ. vj. *Corriguntur* cinnamomo.

Vſurpatur. *Semen pulueriſatum* in vino potenti vel abſinthite: vel decocto *chamæpith.* in podagricis. *Cortex* maceratur, vel decoquitur in vino ad ʒ iij. ſed coctione vis eius purgandi perit. Dioſc. *Succus* ad ℥ j. ſumitur in vino, vel iuſculo alterato abſinthio. Vt & ſuccus inſpiſſatus cum melle. Additur aqua cinamomi. Plerunque hæc non ſola, ſed cum aliis à practicis vſurpantur.

SOL

SOLDANELLA.

Eſt braſſica marina Dioſcorid. cuius folia & ſuccus in vſu ſunt.

Calida & ſicca eſt ſecundo gradu, nonnullis tertio. Ad aquas educendas optimum remedium, ita tamen, vt ſemper aliquid bilis permixtum ſit.

Sed quia ſtomacho inimica, ſemper *corrigenda cinamom. zingib. &c.*

Doſis, ʒj. ʒj. ß. ʒ ij. ſucci ℥ ß.

Exhibentur *folia*. 1. In *acetario* ex ol. ſale & aceto, cuius 6. boli aquas mirè educunt in hydrope. Nonnunquam etiam in iure ebullitur vt braſſica ſatiua. 2. In *puluere*, addito, ſi velis, *rhabarbaro* & *cubebis*, qui imponitur vel iuri, vel jentaculo, aut placentulis, pro puerulis hydropicis. 3. In *decocto*, vt alia, additis corrigentibus. 4. In *pilulis*, ſed tunc ſumenda minor quantitas, & addenda alia acuentia, ne ob puluer. leuitatem excreſcat numerus pilularum. *Succus* verò exhibetur cum *Rhabarbaro forma infuſi*, & aquas vtiliter educit.

SVCCVS IREOS.

Hic ſuccus exprimitur ex radice iridis no-

ſtratis, illius maximè, purpureum profert florem, qui calidus & ſiccus eſt tertio gradu, & potente aquas citrinas educit: ſed puero, ſeni & grauidis malè tutus. His enim mouet menſes, illis autem validior eſt.

Corrigitur cinamomo. Doſis ab ℥ß. ad ʒ vj. ℥ j.

Sumitur 1. cum pauco vino cinamomo, vel cum iuſculo, in quo coxère *paſſulæ cinamom. & ſpica* 2. *Forma ſyrupi.* ſi ſuccus depuratus cum ſaccharo coquatur, cuius *doſis* ℥ ij.

ELATERIVM.

Eſt ſuccus cucumeris agreſtis inſpiſſatus, & in paſtillos conformatus.

Optimum eſt vetuſtiſſimum, quodque lucernis admotum lumen extinguit, & priuſquam extinguat, ſcintillare ſurſum ac deorſum cogit.

Calidum ac ſiccum tertio gradu. Aquam ducit, ſi quicquam aliud. Nam cùm reliqua ferè eam tantùm aquam educant, quæ in venis adhuc continetur, elaterium eam aquam elicit, quæ in abdomen effluxit extra venas.

Corrigitur, quia acre eſt, & anaſtomaticum, & partes principes lædit, *lacte, tragacantho, bdellio,*

bdellio,& corroborantibus idoneis, vt *cinam. ſpec.diarrhod.abbat.*& cordialibus.

Doſis,℥.vj. ℈ ß. ℥. xv. quidam non temere vltra 5.grana adſcendunt.

Exhibetur 1.*in pilulis*. R. Pilul. facilium V.G.ß *de tribus cum Rhab.alephang.de hiera.*ʒ ß.vel ℈ij. *elaterij* ℥.v.vel etiam x. fiant pilulæ: ita enim indomita vis refrenatur. 2. *Extracti forma*, extrahendo ſ.a.eſſentiam eius cum ſpiritu vini ſantalato,vel diamargarito, cuius eſſentiæ extractæ vnciæ affunde olei *cinamom.* & *nuc. moſch.*ana ℈j.*Doſis* eſt ℈ ß. cum aliquo liquore,vel etiam in forma pilularum.

ESVLA.

Eſulæ nomine omne genus tithymallorum officinæ comprehendunt; ſiquidem experientia conſtat,ab omnibus aquas educi. Aliud tamē atque aliud genus diuerſi eligunt Autores, alij *cypariſſiam*, alij *eſulam dulcem Tragi:* alij *platyphillum*: alij *pepulum* ſiue *eſulam rotundam*, alij *eſulam majorem* ſiue *pityuſam Dioſcor.* quæ nunc ab vſu receſſit.

Calida ſicca tertio gradu.Purgat pituitam & bilem,ſed præſertim quas à remotis partibus.

Corrigitur cinamoma, *nuc. moſc. tragac. mucilag. pſyllij.* Omnium optimè maceratur

per 24.horas in aceto,vel ſucco portulacæ, aut ſucco limon.

Doſis, corticis,radic.à gr. vj. ad. ℈ß. gr.xv. *ſucci* verò vel *lactis* à gr. iij.ad vj.vij.

Vſurpatur omnibus modis, quibus vnunquodque aliud catharticum hactenus vſurpari diximus:præſertim verò extractum inde paratur ſ.a.cuius doſis gr.xv.

Et hactenus quidem de Purgantibus propriè ſic dictis ſat abundè actum eſt. Sequuntur nunc Vomitoria.

VOMITORIA.

Dicuntur medicamenta, quæ noxia quæque ventriculi, redundantiam cibi, aliarum etiam partium vicinarum humores excrementitios, vi & impetu per os euacuant, deriuant, atque reuellun. Idque faciunt facultate vel manifeſta laxando orificium ſuperius ventriculi, vnde retentrice labefactata, ventriculi facultas expultrix irritata humorum copia vel acrimonia, quicquid ſuo ambitu continet, per ſuperiora expellit, inferioribus partibus ſeſe conſtringentibus, quibus maximè vtimur, vbi nauſea ſeu vomendi conatus adeſt, cum oris amaritudine & præcordiorum dolore: talia ſunt, *oleum ſimplex, aqua ſimplex tipida, butyrum*, & omnium pinguia & oleaginoſa: vel id

faciunt

faciunt qualitate occulta, ob quam potiùs per ſuperiora, quam inferiora purgant. Horum omnium materia in vſum practicum diſtinguitur in leuiora mediocria, & violenta.N.B. *Doſis adiuncta illud tantum vomitorium denotat, cui immediatè annexa & ſubiuncta eſt.*

Leuiora.

Simplicia. Aqua ſimplex vel hordei tepida affatim ad cyathum vnum hauſta? iuſculum carnium pingue vbertim ſorptum: oleum commune tepidum ad ℥ iv. ℥vj.butyr. liquatum calidum. *Compoſita.* Hydromel largiter ſumptum:hydræleum ad ℥x. oxymel ſ. cum aqua tepida, ſyrupus acetoſ. cum aqua tepida: ficus recentes comeſtæ, ſuperhauſta aqua tepida.

Mediocria.

Radices,atriplicis,aſari à ʒj.ad ℈iv.In infuſo à ʒjß.ad ʒiij.℥ß.betonicæ,ex hydromellite in potu,Dioſcor.cucumeris ſatiui, eupatorij Auicenn.Geſn. l.2. epiſt.11.fol.63. melonis,narciſſi bulbus: peponis puluer. à ℈ ij. ad ʒj.in infuſo à ʒj. ad ʒiij.raphani.

Cortex, medianus iuglandis ad ʒ j. In

infuſo ad ʒ iij.℥ ß. maximè eius iuli furno ſiccati.

Semina; anethi, atriplicis, cucumeris ſatiui, erucæ, raphani à ʒ iij. ad ℥ ß. vrticæ à ʒ ß. ad ʒ j. Infuſ. à ʒ j. ad ℥ ß.

Flores; anethi, iuli iuglandis vt ſuprà, ad ʒj. ex vino albo in colicis, ac nephriticis.

Succus raphani ad ℥ ij.

Raſura proprij vnguis hauſta ex vino.

Electuarium diaſari Fernel. lib.7. meth. cuius doſis ʒ iij. ex aqua hordei, mulſa, vel ſero lactis.

Violenta.

Radices cataputiæ, cyclaminis, ebuli, gratiolæ ad ℈j. maceratæ verò ad ʒ j. ad ʒjß. vel ʒij. hellebori albi infuſi in iuſculo maximè, ad ʒß. ʒj. ʒjß. ad ſummum, additis cardiacis ad ℈ j. ſed cautè, naſturtij.

Cortices; radicis ebuli & ſambuci.

Semina; cataputiæ 10. 12. à putaminibus delibrata, tuſa & in ouo ſorbili deuorata, vtiliter exibentur iis, qui philtra, aut veneficia deuorarunt, geniſtæ à ʒ ij. ad ℥ ß. naſturtij, ricini.

Flores; ebuli, geniſtæ. *Nux vomica.*

Succi; cyclaminis, acetum cum panis ſiliginei medulla deſtillatum, ad ℥ iij. validiſſimum in febribus intermittentibus.

Chymica.

Chymica. Vitrum ♄ quoduis infuſum ad ℈ j. in liquore idoneo, Mercurius vitæ dulcis ad ℥ v. ad ſummum cum ℈ j. pilular. Antimonium præparatum, quod rectè vſurpatum, inſigne emeticum ac tutum. De huius autem præparatione, doſi, ac vtendi modo, cùm variæ ſint Chymicorum ſententiæ, optima tamen præparatio eſt, quam vocant *crocum metallorum*, cuius ℈ j. infunditur in vini maluatici optimi ℥ j. per 14. dies, loco tepido, agitando indies. Poſteà reponendo ad vſum. *Doſis* ʒ j. vel ʒ j ß. in cochleari ſumpta. Inſigne remedium cùm aliis in morbis, tùm febribus, quarum mineræ altas egerunt radices.

Compoſita; Tabulæ ſtibiatæ ad ʒ j. comeſtæ, vel ſolutæ liquore idoneo. V. G. *aqua meliſſ.* Infuſum ſequens. R. *Radic. bryon. cyclam.* ana ℥ iij. *ellebor. albi* ℥ vj. diligenter mondatæ puluériſentur ac ſiccentur in aëre, affundatur aqua vitæ ad extantiam duorum digitorum, digere, aliquot dies in B. M. Deſtilla; & quod in fundo remanſerit, iterùm pulueriſetur, affundendo aquam priorem denuò, idque ter repetendo. Huic liquori immerge apicem plumæ, ac vino maluatico iterum elue, quod propinatum illicò vomitum excitabit.

DIVRETICA.

Diuretica dicuntur, quæ ſubſiſtentem *in* corpore aquoſitatem per vrinas euacuant. Et ſunt duplicia, alia *propriè* talia, alia *impropriè*. *Propriè diuretica* ſunt calida ſicca ad tertium gradũ, tenuis naturæ ac ſubſtantiæ, quæ facilè ad venas penetrant, ibique ſanguinem liquant & fundunt, ſeorſümque à craſſo ſecernunt, non ſecùs ac in lacte fieri ſolet, quando coagulatur. Vnde poſtea quod craſſum eſt, in ſe coit; quod ſeroſum eſt, vi inſita à renibus attrahitur. Talia autem ſunt.

Radices; apij, aſari, calami aromatici, cardui cuiuſque; cyperi, dauci, eryſimi, fœniculi, ononidis, petroſelini, raphani, rubiæ, ruſci ſaxifragiæ, valerianæ.

Folia; abſinthij, apij, betonicæ, calamenthæ montanæ, diptamni Cretici, lauri, naſturtij, petroſelini, pulegij, ſatureiæ, ſerpilli.

Flores; camomillæ, geniſtæ.

Cortices; medianus geniſtæ, lauri, raphani.

Semina; aniſi, apij, cardamomum, cerefolij, cicera rubra, cubebæ, dauci, fœniculi, iuniperi baccæ, leuitici, milij Solis, petroſelini, palyuri, ſaxifragiæ, ſeſeli Maſſilienſis, vrticæ.

Fructus; amygdalæ amaræ, ficus.

Aromata;

Aromata; xylocaſſia,ſeu cinamomum.

Reſinæ;terebinthina,laricea.

Liquores;vinum album.

Animal. Cantharides ad ℥ ij. vel iij. ſed his conditionibus, vt exhibeantur 1. reliquis omnibus tentatis.2.integræ, ex 11. ſimplic.3. nunquam ſolæ, ſed mixtæ cum iuſculo pingui alterato malua, althæa: locuſtæ ſeu cicadæ ad ℈ ij. ſanguis hirci.

Officinales aquæ;fœniculi,apij, & ſuprà dictorum.

Syrupi; de 5.radicibus,& 2.radicibus.

Species; lithontribon Nicolai.

Conſeruæ;florum geniſtæ, betonicæ, abſinthij.

Impropriè dicta Diuretica, ſunt, quæ ſanguinem non fundunt, ſed vel partium tenuitate ſerum ad vias vrinarias pellunt ac mouent, caloremque habent vel remiſſum, vel ad frigidum vergentem quibus vtendum in calidis affectibus,vbi metus,ne calida diuretica, ſanguinis ſerum abſumendo, vrinas potius ſiſtant: vel vias vrinæ læniunt, qualia ſunt,*althæa*, *malua*,*liquiritia*, & ſimilia lenientia,quæ admodùm impropriè diuretica dicuntur.Prioris generis ſunt.

Radices;aſparagi, acetoſæ,eryngij, fragorum, graminis,oxylapathi.

Folia; acetoſæ, aſparagi ſummitates, ca-

DIVRETICA.

Diuretica dicuntur, quæ ſubſiſtentem in corpore aquoſitatem per vrinas euacuant. Et ſunt duplicia, alia *propriè* talia, alia *impropriè*. *Propriè diuretica* ſunt calida ſicca ad tertium gradũ, tenuis naturæ ac ſubſtantiæ, quæ facilè ad venas penetrant, ibique ſanguinem liquant & fundunt, ſeorſúmque à craſſo ſecernunt, non ſecùs ac in lacte fieri ſolet, quando coagulatur. Vnde poſtea quod craſſum eſt, in ſe coit; quod ſeroſum eſt, vi inſita à renibus attrahitur. Talia autem ſunt.

Radices; apij, aſari, calami aromatici, cardui cuiuſque; cyperi, dauci, eryſimi, fœniculi, ononidis, petroſelini, raphani, rubiæ, ruſci ſaxifragiæ, valerianæ.

Folia; abſinthij, apij, betonicæ, calamenthæ montanæ, diptamni Cretici, lauri, naſturtij, petroſelini, pulegij, ſatureiæ, ſerpilli.

Flores; camomillæ, geniſtæ.

Cortices; medianus geniſtæ, lauri, raphani.

Semina; aniſi, apij, cardamomum, cerefolij, cicera rubra, cubebæ, dauci, fœniculi, iuniperi baccæ, leuitici, milij Solis, petroſelini, palyuri, ſaxifragiæ, ſeſeli Maſſilienſis, vrticæ.

Fructus; amygdalæ amaræ, ficus.

Aromata;

Aromata; xylocaſſia,ſeu cinamomum.

Reſinæ;terebinthina,laricea.

Liquores;vinum album.

Animal. Cantharides ad ℥ ij. vel iij. ſed his conditionibus, vt exhibeantur 1. reliquis omnibus tentatis. 2. integræ, ex 11. ſimplic. 3. nunquam ſolæ, ſed mixtæ cum iuſculo pingui alterato malua, althæa: locuſtæ ſeu cicadæ ad ℈ ij. ſanguis hirci.

Officinales aquæ;fœniculi,apij, & ſuprà dictorum.

Syrupi; de 5. radicibus,& 2. radicibus.

Species; lithontribon Nicolai.

Conſeruæ;florum geniſtæ, betonicæ, abſinthij.

Impropriè dicta Diuretica, ſunt, quæ ſanguinem non fundunt,ſed vel partium tenuitate ſerum ad vias vrinarias pellunt ac mouent, caloremque habent vel remiſſum, vel ad frigidum vergentem quibus vtendum in calidis affectibus,vbi metus,ne calida diuretica, ſanguinis ſerum abſumendo, vrinas potius ſiſtant:vel vias vrinæ læniunt, qualia ſunt,*althæa*, *malua*,*liquiritia*, & ſimilia lenientia,quæ admodùm impropriè diuretica dicuntur.Prioris generis ſunt.

Radices;aſparagi, acetoſæ,eryngij, fragorum, graminis,oxylapathi.

Folia; acetoſæ, aſparagi ſummitates, ca-

pillorum veneris, herniariæ, parietariæ.

Semina.4.frigida maiora, acetoſæ, alkekengi, hordeum.

Fructus; fraga, nuclei ceraſorum, oſſicula meſpilorum, limones, pepones, cucumeres, cucurbitæ.

Succi; limonum, parietariæ.

Gummi; camphora.

Officinalia; *aquæ* acetoſæ, graminis, hordei, parietariæ.

Syrupi; de ſucco acetoſæ, capillorum Veneris, limonum. *Trochiſci* de camphora.

Chymica: ſal prunellæ à ℥ ß. ad ℥ j. cum aqua, addito ſyrupo iucundo, vt *violato*.

Ex his omnibus diureticis variæ remediorum formulæ, tùm internæ tùm externæ componi poſſunt.

SVDORIFERA.

Dicuntur, quæ totum per ſudores euacuant, Græcis Hydrotica dicta. Horum natura cognata eſt diureticis. Calor enim tenuis altè ſe inſinuat in corpus & humores, quos attenuat & reſoluit in halitus, corporis verò meatus rarefacit: vnde halitus ſpontè exſpirant, & in ſudorem condenſantur. Materia verò eadem, ſæpè & vrinam & ſudores

ſudores prouocare poteſt: illam, ſi renes calidiores, cutis denſa; hos, ſi renes ſint frigidi, cutis rara. Talia ſunt.

Radices: apij, angelicæ, bardanæ, chinæ, fœniculi, lupuli, petroſelini, pimpinellæ, quinquefolij, ſalſaparillæ, tormentillæ, zedoariæ.

Ligna: buxi, guaiacum, iuniperi, ſaſſaphras.

Folia: cardui bened. capillorum veneris, camædris, chelidoniæ maioris, cerefolij, fumariæ: pimpinellæ, ſcabioſæ, violæ matronalis.

Flores: chamomilllæ.

Semina: hordeum, milij, lentium.

Succi: rob. ſambuci, ebuli.

Terra ſigillata in peſte & morbis contagioſis.

Animalium partes: cornu cerui, lapis bezoar.

Chimica; Sal abſinthij, fraxini, ſcabioſæ ad ℈ x. xij. cum aqua card. ben. ſcabioſæ: antimonium diaphoreticum, ad ℈. iv. vj. cum conſerua idonea.

Compoſita: Ex his varia fiunt compoſita, quibus tamen omnibus præferuntur potiones ex decoctis potiſſimùm, vel infuſis: aut diſſolutis ſudoriferis in liquore idoneo, ac licet boli vel alia forma ſumantur, præſtat

tamen ſemper potionem ſuperbibere. Hûc refertur ſyrupus S. Ambroſij, qui conſtat ex milio cocto in aquæ partibus duabus & vna vini.

Officinalia, ſunt aquæ cardui benedicti, cerefolij, fumariæ, florum ſambuci, item theriaca & mitridatium, aliaque, vt electuarium de ouo, & ſimilia.

LIBRI PRIMI PARTIS PRIMÆ SECTIO III.

De Medicamentis, cauſam morbificam motu peccantem ſpectantibus.

Typus Sectionis.

Medicaméta cauſā morbificā motu peccantem ſpectantia, ſunt ratione

- Materiæ fluentis, *Incraſſantia.*
- Partis recipientis, *Repellentia*: quibus finitima *Emplaſtica.*
- Viarum
  - *Intercipientia.*
  - *Adſtringentia.*

INCRASSANTIA.

Digitized by Google

INCRASSANTIA.

ΠΑΧΥΝΤΙΚΆ Græcis dicta ſunt, quæ tenues ac fluxos humores craſſiores, adeóque minùs fluxos reddunt. Qualia ſunt in actiuis frigida, aut temperata, citra vllam acrimoniā: ſubſtantiæ craſſæ ac terrenæ, cuius commixtione humores tenuiores conſiſtentiam craſſiorem acquirunt, non ſecùs, ac terra aquæ mixta fit lutum. *Materiam* quod attinet incraſſantium, quandoquidem qualitate conueniunt cum repellentibus, adſtringentibus, emplaſticis, glutinantibus, epuloticis, & ſupra dictis bilem incraſſantibus, ex illorum ergò tabulis petenda.

REPELLENTIA.

Ἀποκρουστικὰ Græcis dicta, ſunt, quæ humoris influxum prohibent, vel eum, qui influxit iam in partem, nondum tamen impactus eſt, ſed remeabilis adhuc, reprimunt & repercutiunt. Naturæ ſunt frigidæ, ſed alia inſuper ſicca & terrenæ ſubſtantiæ, quæ validiora & propriè talia; alia verò inſuper humida & aquea, quæ leuiora. Nam quò qualitas prima in ſubiecto eſt denſiore, eò

efficacius operatur *Vſus* primarius ad inflammationum ortus & incrementa prohibenda, ſecundarius in quouis rheumatiſmo à pletora, vel cachochymia. *Materia* horum talis eſt: è quibus quæ valentiora, ſapore acerbo vel auſtero facilè dignoſcuntur.

Radices: pruni ſylueſtris, pentaphillli, biſtortæ, tormentillæ.

Cortices; radicis mandragoræ, quercus circa radicem, malicorium, h. e. cortex granatorum.

Folia: lentiſci, cupreſſi, rubi, ſolani, plantaginis, myrthi, vitis pampinus, ſumach ſeu rhus obſoniorum, folia quercus, liguſtri, hyoſcyami, ſemperuiui, vnbilici Veneris, portulacæ, lactucæ, endiuiæ, cichorij, poligoni, auriculæ muris, lentis paluſtris, equiſeti, pyri.

Semina: pſyllij, plantaginis, myrtillorum, roſarum.

Flores: roſarum, rubrarum, balauſtiorum. h. e. ſylueſtris punicæ flos, cytinus, h. e. ſatiuæ punicæ flos.

Fructus: cydonia, ſorba, berberis, corna, nuces cupreſſi, myrtilli, gallæ virides, meſpila, pyra ſylueſtria.

Succi: acacia hypociſtis, omphacium, acetum, ſuccus granarorum, limonum, mororum immaturorum.

Animal.

*Animal.excrem.*albumen oui.

Mineralia : alumen , vitriolum , ceruſa, plumbum, ſal, tuthia.

Terræ : bolus armena, terra ſigillata.

Gummi : ſanguis draconis.

Aquæ : foliorum in hac tabula recenſitorum,quæcunquæ ſunt vſitatæ in officinis,roſarum.

Olea : roſarum , myrtillorum , cidoniorum,omphacinum,lentiſcinum,maſticinum.

Vnguenta : comitiſſæ, refrigerans Galeni, populeonis,de bolo.

Emplaſtra : contra rupturam , de maſtice.

EMPLASTICA.

Dicuntur,quæ corporis meatibus & poris illita , iis tenaciter adhærent, h.e.oblinunt,opplent , atque obſtruunt meatus. Quoad *qualitates*,in actiuis temperata ſunt, ſine euidenti calore aut frigiditate, ſine vlla acrimonia,aut mordicatione : in paſſiuis, quædam illorum habent conſiſtentiam craſſam & terrenam omninò,citra morſum deſiccantem , quædam inſuper, etiam aqueo vel aëreo humore perfuſa , vnde fiunt tenacia ac lenta. *Vſus* horum in fluxionibus omnibus coërcendis , hæmorrhagia quauis, narium præſertim : vulneribus & vlceribus, humidioribus , quæ fouentur à fluxione ,

exſiccandis. Secundariò etiam ad ſuppurandum; cutis enim meatus opplent, & calorem continent, quò tumores faciliùs maturentur. Talia ſunt ſequentia quæ in formam cataplaſmatis, emplaſtri, vel pultis maximè præſcribuntur.

Radices; altheæ, liliorum, maluæ, ſymphyti.

Folia; alceæ, maluæ, portulacæ.

Semina; fœno græci, lupinorum, ſeſami.

Fructus; vuæ paſſæ, ficus, nuclei pineorum aqua macerati.

Gummi; arabicum, tragacanthæ, ſanguis draconis, maſtice, ſarcocolla, thus & eius cortex.

Animalium partes, excrementa; mumia, cera, oui albumen, adipes recentiores, & medullæ quadrupedum, butyrum recens, caſeus recens, œſypus, agni caput, porci pedes: ſpodium de ebore, h. e. materia dentium elephantinorum.

Terræ; bolus armena, terra ſigillata.

Farinæ; tritici, amylum, farina volatilis, fabarum.

Mucilagines; cuiuſcunque generis.

Mineralia & metallica; alumen, lithargyrium, ceruſa, ſtibium, plumbum vſtum, cadmia, ponpholix, calx.

Lapides; hæmatites, gypſum, calaminaris.

Reſinæ;

Reſinæ;omnes,pix.

Marina;corallium,cochleæ,ſuccinum.

Oleo;omnia temperata.

Vnguenta;album Rhaſis, vnguentum nutritum,diapompholygos, vnguentum deſiccatiuum rubrum.

INTERCIPIENTIA.

Vulgò *Defenſiua*, quæ facultate frigida & adſtringente humoribus in ipſa via aditum intercludunt,ne ad partem affectam pertingant. A repellentibus ſolùm ratione loci differunt. Hæc enim adhibentur parti affectæ; intercipientia verò viis, per quas humor defluit. *Materia* itaque intercipientium eadem cum repellentibus.

ADSTRINGENTIA.

Aliàs *Occludentia*, *Conſtringentia*, *Contrahentia* & *Obſtruentia* nominantur. Græcis στεγνωτικὰ, συνακτικὰ, στυπτικά. Communiter verò ac generaliori ſignificatu adſtringentis vox ſub ſe comprehendit etiam repellentia, condenſantia,incraſſantia, partes roborantia. Strictè verò hoc loco denotat tantùm medicamenta grandiores corporis meatus, vt ſunt, venarum,vteri,inteſtinorum, &c.

coarctantia,& vndique conſtringentia, ad differentiam condenſantium; quæ tenues tantùm & exiles poros cutis conſtringunt. Subſtantiæ ſecundùm Galen. 5. ſimplic. fac. c.14.ſunt craſſæ, frigida & ſicca: quorum *vſus* in alui fluxibus, dyſenteria, catharris & humorum quouis impetu coërcendo, ac ſenſibili quauis excretione cohibenda. Qualia ſunt ſequentia, quibus ſemper calidiora,quæ partes roborant,commiſcenda.

Radices: biſtortæ,conſolidæ maioris, tormentillæ,rhabarbarum toſtum.

Cortices: myrobalanorum, granatorum, thuris,glandium calices.

Ligna: ſantala.

Folia: plantaginis, centinodiæ, (*poligoni latifolij*,) equiſeti,burſæ paſtoris, piloſellæ, myrthi.

Flores: balauſtia, roſarum.

Semina: acetoſæ,portulacæ,myrtillorum, plantaginis,papaueris albi, roſarum, acini vuarum paſſarum, oriza.

Fructus:cydonia,pyra, ſorba, corna, meſpila,granata,ribes,berberis, mora immatura, nuces cupreſſi,gallę.

Succi & *liquores*: amylum, acacia,hypociſtis ſuccus cydoniorum, agreſta, vinum auſterum, lac chalibeatum, ferratum.

*Animal.*cornu cerui vſtum, ebur, mumia.

Gummi:

Gummi:tragacanthæ,maſtix ad ʒ j.ſanguis draconis.

Lapides ac *terræ*: lapis hæmatites, terra ſigillata, bolus armena.

Metallica:alumen,ferrum, crocus, Martis.

Marina: corallia,ſuccinum,margarithæ.

Aquæ: roſarum,plantaginis, portulacæ, centidoniæ,acetoſæ.

Syrupi cydoniorum, roſarum ſiccarum, granatorum,myrtinus,miua cydoniorum.

Condita:cydonia condita,corna condita.

Conſerua & *confectiones*: conſerua roſarum vetus,diacodium, philloniũm,theriaca recens.

Trochiſci:de rhabarbaro,ſpodio,carabe.

LIBRI

LIBRI PRIMI.

PARTIS PRIMÆ

SECTIO IV.

De Medicamentis, cauſæ peccanti quiete e-dicatis.

Typus Sectionis.

Materia parti impacta euacuatur per medicamēta laxantia

- Inſenſibiliter
  - *Diſcutientia.*
  - *Abſorbentia.*
  - *Attrahētia* qualitate
    - manifeſta.
    - occulta.
  - *Extrahentia.*
- Senſibiliter, ſub forma
  - Ichoris, *Veſicantia.*
  - Puris,
    - *Suppurantia.*
    - *Apoſtema aperientia.*

LAXAN

LAXANTIA.

Χ ΑΛΑΣΤΙΚΑ' propriè dicta ſunt, quæ materiam in parte collectam euacuant vel *inſenſibiliter*, vel *ſenſibiliter*. *Inſenſibiliter* quidem euacuant attenuantia, emollientia, rarefacientia, diſcutientia, nonnunquam attrahentia, & abſorbentia, aliquando, vt initio inflammationum, repellentia. *Senſibiliter* verò, vbi repelli, aut diſſolui nequit materia, primùm maturantibus pus eſt præparanda, deinde euacuanda pus aperientibus. Quæ omnia, pro modo & diuerſitate affectus, ſola, mixta vſurpantur: de quibus proprio loco partim actum, partim agendum. Adeò vt non opus ſit laxantibus propriam claſſem aſſignare, cùm eandem cum prædictis materiam obtineant.

DISCVTIENTIA.

Diaphoretica, diſcutientia, digerentia, reſoluentia, communiter vocantur medicamenta humores in halitus diſſoluentia, & noxiam materiam per ἄδηλον διαπνοὴν euacuantia. Quorum alia leuia ſunt, & debiliter digerentia. *Rarefacientia* dicta, de quibus paulò poſt in ſecunda parte huius

libri : alia verò fortiora , & validiùs digerentia, *Diaphoretica ſimpliciter* nuncupata, quæ calida ſiccáque ſunt , partiúmque tenuium: hęc enim penetrando craſſos & viſcidos humores in aliqua parte hærentes attenuant, & in halitus diſſoluunt, vt poſteà per ſe facilè diſſipentur & diſcutiantur. Facultate cognata ſunt flatus diſcutientibus , aut potiùs eadem cum illis. *Materia* ergò petenda ex tabula attenuantium & emollientium validiorum , ex tabula item flatus diſcutientium. Quæ vide ſuo loco.

ABSORBENTIA.

Quæ valida attenuandi exſiccandique vi, humorem emollitum & attenuatum , citra diſſolutionem depaſcunt & abſumunt , dicuntur medicamenta *Abſorbentia.* Quorum *vſus* eſt in tumoribus œdematoſis, nonnunquam etiam ſcirroſis : ſed poſt vſum emollientium , & attenuantium. Talia ſunt ſequentia, quæ forma vaporis , aut fotus cum ſpongia, vnguenti , vel emplaſtri vſurpari poſſunt.

Liquores: acetum, muria, aqua marina, lixinia è cineribus ſarmentorum & ſimilium, vt ab extinctâ elotâque calce.

Cinis : omnis ficulneus maximè , ſarmentitius,

ritius,ex ilice, braſſica, & herbis aliis ni-troſis.

Mineralia: alumen, ſal,nitrum, ſulphur, calx.

Olea: Philoſophorum, petroleum, eu-phorbij, caſtorei, coſtinum.

ATTRAHENTIA.

Ἑλκτικὰ ϗ ἐπισπαστικὰ ſunt quæ humores altè impactos in ſuperficiem eliciunt. Idque qualitate vel occulta, de quibus mox: vel manifeſta: eaque vel inſita, vt *thapſia*: vel acquiſita à putredine, vt *fimus columbinus*. Talia ſunt calida ſicca & tenuium partium, caloris enim eſt trahere: ſiccitas eſt lima caloris, tenuitas partium actionem caloris accelerat. Quoad *gradum*: alia ſunt leuiora attrahentia, calida ſicca 2. alia validiora, quæ ſimul etiam diſcutiunt, *μετασυγκριτικὰ* dicta, calida ſicca 3. *Vſus* in humoribus, ſpiritibus & flatibus altè impactis eliciendis ad cutem, V.G. in abſceſſibus criticis, bubonibus, iſchiade, hydrope, venenis rabidis, ad alimentum reuocandum.

Materia hæc eſt.

Radices: thapſiæ, enulæ campanæ, iridis, ariſtolochiæ rotundæ, cyclaminis, pyrethri, arundinis, narciſci, cepæ, allium.

Herba & *folia* iberidis, calaminthæ,

thlaſpi, anagallidis purpureæ, hederæ, tithimali, & eſulæ omnes, flammula, lepidium, arum, ſadonaria, dictamnus Creticus, ranunculus (*præcipuè ſilueſtris*,) vrtica, hydropiper, chamelæa, thymelæa, laureola.

Semina; ſinapi, vrticæ, naſturtij, thlaſpi, ſtaphiſagriæ, verbaſci, cardamomum, capſicum.

Gummi; ammoniacum, euphorbium, galbanum, ſagapenum, bdellium, opopanax.

(*Quæ tamen, ut obiter moneam, ſecundùm vulgarem conſuetudinem, in hac & aliis tabulis, ad gummata referimus, ne iuniores in lectione materiæ Medicæ aut Receptarum turbentur: aliàs* bdellium *propriè eſt reſina; reliqua verò ſunt ſucci inſpiſſati.*)

Reſinæ; pix arida, reſina vulgaris.

Excrementa: mel, ſtercus caprinum, fimus columbinus, aſininus, & omnes.

Animal. cantharides, ſcorpiones, caſtoreum.

Lapid. & *mineral.* magnes, ſulphur.

Marina: ſuccinum, ſiue electrum.

Emplaſtra: oxycroceum, de meliloto, fermentum acerrimum.

EXTRAHENTIA.

Sub attrahentibus comprehenduntur, quæ occulta

occulta qualitate venenum, ſpicula, vel alia vulneribus infixa, extrahunt: quorſum indefinitus cùm ſit numerus, necdum ſatis conſtet cuiuſque extrahendi corporis analogum medicamentum epiſpaſticum, eapropter communibus potiſſimùm & indeterminatis, cuiuſcunque corporis infixi extractionem adiuuantibus, contenti erimus. Veluti ſunt ſequentia.

Radices; ariſtolochiæ, rotundæ, iridis noſtratis, arundinis, paſtinacæ ſylueſtris, ari, bulbi omnes, eryngij radix cum melle trita.

Folia; geniſtæ, dictamnus Creticus, tab acum, (quæ duo venenum extrahunt,) anagallis vtraque, verbaſcum vulgare.

Cortex. medianus tiliæ.

Semina: verbaſci, ſinapi.

Gummi: ammoniacum, galbanum, opopanax.

Animal. cochleæ, terreſtres tritæ cum putamine, lacertæ caput in puluerem tritum, lingua vulpis præparata, (eodem modo quo pulmo ipſius,) vino rubro, vel decocto ariſtolochię rotundæ madefacta, valet ad extrahendum plumbum.

Excremen. propolis.

Lapides: magnes præparatus ferrum trahit, lapis lyncis paleas, & herbarum caulicu-los.

*Marin.*ſuccinum etiam paleas ſtrahit.

Emplaſtra : apoſtolicum , fermentum.

Vnguentum nigrum,ſeu fuſcum Nicolai.

VESICANTIA.

Ab effectu nomen ſortita ſunt medicamenta,quæ vel parti tantùm ruborem inducunt, vnde *Phœnigmi* dicuntur; vel inſuper etiam veſicas excitant, quibus apertis ſeroſus humor effluit,vnde *Veſicantia* nominantur. Naturę ſunt calidæ 4. gradu ; ſed ſubſtantiæ tenuis, cuius cauſa ſuperficiem partis penetrare poſſunt.*Vſus*, cùm materia neque attenuantibus , neque mollientibus , neque attrahentibus diſcuti poteſt : violenter enim attrahunt,diſſoluunt & colliquant, cuticulam inſtar ferventis aquæ in veſicam attollunt,in quam,quicquid humoris attractum , colligitur. *Materiam* quod attinet , multa quidem ex attrahentium tabula huc ſolent referri, operationem veſicantium iuuantia : pauciſſima tamen ſunt , quæ ad hanc claſſem per ſe poſſunt referri nimirum.

Cantharides cum aceto fortiſſimo malaxatæ.

Thapſia,eius nimirum *radix* & *flos*.

Flammula Iouis.

Radix ranunculi minoris , h.e.5. Matthiol. &

& 3. Fuchſ. qui etiam flammula dicitur Geſne 10.

Fermentum vſtum.

SVPPVRANTIA.

Ἐκπυκτικὰ ſeu ſuppurantia medicamenta ſunt, quæ naturam in puris generatione adiuuant, quorum *vſus*, ſi diſcutientibus medicamentis malum non cedat, in tumoribus ſanguineis, vel cum ſanguine mixtis, vtpote qui ſoli ſuppurari poſſunt. In tumoribus enim ex bile & melancholia vix ſine periculo adhibentur ſuppurantia, quin degenerent & corrumpantur hi humores, vt cancrum & maligna vlcera excitent. Naturæ ſecundùm Galen. 5. ſimpl. cap. 8. 9. ſunt ſimillimæ corpori & parti, cui adhibentur, (in calore ſc. & humore,) vt calorem innatum augeant & foueant: qui huius concoctionis autor eſt: prætereà emplaſtica, quæ lentore ſuo cutis ſpiracula occludunt, ſpiritus & calorem intùs cohibent, vt auctior redditus, humorem faciliùs maturare poſſit. Qualia ſunt ſequentia, è quibus ſi quædam ſicciora vel humidiora videntur, aliorum miſtione contemperanda.

Radices, altheæ, liliorum alborum, tuſſilaginis, bryoniæ recentis, cucumeris

ſylueſtris recentis, cepa cocta.

Folia: altheæ, maluæ, acetoſæ, brancæ vrſinæ, viſcum.

Semina: lini, fœnogræci, hordei, tritici.

Farinæ: hordei, tritici, panis triticei, orobi.

Fructus: caricæ pingues, paſſulæ, dactyli pingues.

Gummi: ammoniacum, bdellium.

Reſinæ: terebinthina laricea, thus, ſtyrax liquidus, pix, reſina vulgaris.

Animal. adeps galinaceus, anſerinus, axungia porci, medulla vituli, butyrum, œſipus, vitellum oui, cera flaua, propolis, lac.

Seuum quodcunque.

Succi & *liquor.* ſapa, aqua calida perfuſa, hydrelæum, ladanum.

Olea: oleum dulce, amygdalarum dulcium, ſeminis lini, liliorum alborum.

Vnguenta: altheæ, reſumptiuum, baſiliconis, Agrippæ, aureum.

Emplaſtra: diachylum ſimplex & compoſitum cum gummi, fermentum.

APERIENTIA APOSTEMA.

Varia quidem ſunt, quæ pus aperiunt, inter quæ fimus columbinus, ranunculus, cãtharides, lac ficulneum: attamen tumores

maturati vſitatiùs ferro & igne, ſiue cauterio actuali, vel potentiali aperiri ſolent.

LIBRI PRIMI
PARS SECVNDA.

De Remediis reſpicientibus morborum ſumma genera.

DIATYPOSIS huius PARTIS.

MORBORVM ſumma genera tria ſunt. Intemperies, Mala compoſitio, Vnitatis ſolutio.

Intemperies vel eſt ſimplex, cui opponuntur *Alterantia* : vel cum materia, quæ habet rationem cauſæ, & poſtulat remedia *cauſis opponenda*. De his actum parte prima.

Inſtrumentorum vitia, quæ quidem medicamentis tolluntur, ſunt. 1. Anguſtia meatuum inſenſibilium : Denſitas nimirum; cui opponuntur *Rarefacientia*. 2. Dilatatio meatuum inſenſibilium, cui *Condenſantia* : ſenſibilium; cui *Adſtringentia* (ſuprà explicata) oppo

opponuntur. 3. Morbi quidam ab hyperſarcoſi nati, vt conſtipatio cauitatis, magnitudo vel numerus auctus, qui requirunt *Cathaertica*, vbi de *Pyroticis* in genere.

Reliquorum malæ compoſitioni morborum remedia vel ſunt Præſeruatoria, oppoſita eorum cauſis, cum quibus vna tolluntur, adeòque hic non repetenda; vel Chirurgica, adeóque huc impertinentia.

Vnitas ſoluta, vel eſt ſimplex, & requirit *Glutinantia*, quò ſpectant *Vulneraria*: vel coniuncta cum deperditione ſubſtantiæ, huc *Sarcotica*, *Epulotica*, *Callum generantia*. de quibus ſingulis in ſpecie.

RAREFACIENTIA.

Ἀραιωτικὰ Græcis dicta ſunt, quæ cutis meatus, ac poros aperiunt; ad inſenſilem tranſpirationem procurandam. Talia ſunt calida moderatè, noſtróque ſimillima calori, humida, vt laxent; nam ſicca coarctant: tenuium partium, vt penetrent. *Vſus* præcipuè externus, ad internas maximè putredines euitandas: vaporibus & fuliginibus ſanguinis hac ratione difflatis: in tumoribus ſuperficiariis, vbi materia eſt calidior, pars verò natura mollis & rara, vt humor in parte contentus, tumorem doloremve excitans, ſolutus,

ſolutus, in vapores meliùs exhalare poſſit. Qualia ſequentia exiſtunt.

Radices : altheæ, liliorum alborum.

Folia : anethi , maluæ , violariæ, ſambuci, ebuli , brancæ vrſinæ, mercurialis.

Flores : chamomillæ, meliloti, ſambuci.

Semina : lini, fœnogræci.

Fructus : ficus aridæ.

Adipes & *axungiæ*: porcina , vitulina , gallinacea , humana, anſerina.

Excrementa : butyrum recens, œſipus.

Aquæ : chamomillæ, liliorum alborum, aqua tepida , eiúſque balneum.

Olea : oliuarum , liliorum alborum, violarum , amygdalarum dulcium , lumbricorum, chamomillæ , anethi, ſeminis lini , irinum, iaſminum.

Vnguenta: reſumptiuum, altheæ.

CONDENSANTIA.

Πυκνωτικὰ ſunt, quæ poros cutis contrahunt , ad inſenſilem tranſpirationem cohibendam. Naturæ , reſpectu adſtringentium (de quibus ſuprà) magis aqueæ. Quorum *vſus* ad nimium ſudorem , & ſpirituum diſſolutionem inhibendam. *Materia* ſequens eſt.

Folia : ſemperuiuum maius & minus , la-

ctuca, portulaca, vmbilicus Veneris, endiuia, cicerbita, dens leonis, pſyllium, nymphæa, lenticula paluſtris.

Aqua frigida. Summatim, quæcunque refrigerant, ſed non adſtringunt, tenues quidem poros contrahunt; ſed totam partem valentiùs adſtringere nequeunt.

PYROTICA.

Pyrotica in genere dicuntur, quæ calore ſuo excedente, non ſecus ac ignis, vel aqua feruens, cutim in varios vſus adurunt. Vnde igneæ prorſus naturæ eſſe neceſſe eſt. Differunt tamen gradibus caloris & modò materiæ. Primi generis ſunt *Rubificantia*, & *Veſicantia*, omnium mitiſſima, de quibus ſuprà. Secundi generis ſunt *Cathæretica*, exedentia, ſiue corrodentia, ſarcoticis oppoſita, quæ in ſuperficiem tantùm agunt, citra vicinæ partis corruptionem, eamque leniter, ac ſenſim arrodunt, atterunt, detrahunt atque abſumunt. Calida ſicca in 3. & 4. gradu, ſubſtantiæ tenuis, vt ſe in materiam abſumendam inſinuent, &, priuſquàm longiùs penetrare queant, diſſipentur. Tertij generis ſunt *Septica*, vel putrefacientia, cathæreticis acriora, quæ altiùs penetrant, carnémque tenuem colliquant, putrefaciunt,

&

& corrumpunt. Idque faciunt non tam ſummi caloris beneficio, quàm maligna qualitate, quam propter calori natiuo infenſiſſima, eius συμμετρίαν deſtruunt, vnde ſequitur humidi primigenij diſſolutio, & cadauerosa putrilago. Subſtantiæ ſunt multò craſſioris, quàm ſuperiora, (moderatè tamen, cùm ſint aliàs leptomera:) tenuior enim à calore noſtro facilè diſſipatur. Quarti generis ſunt *Eſcharotica*, aliàs *Cauſtica*, & *Cauteria potentialia* : (licet alij diſcrimen conſtituant inter Eſcharoticum, & Cauſticum, vt illud ſit mitius, hoc vehementius,) quæ altiſſimè penetrant, nec modò cuticulam, ſed veram etiam cutim, inſtar ignis, repentè adurunt, cruſtâ duriore inducta, quam Eſcharam vocant. Calidiſſima ſunt in 4. gradu, ſubſtantiæ abſolutæ craſſæ & terrenæ, ob quam ſummus calor non facilè diflatur: ſed tenaciter adhærens violenter vrit, vellicat. *Vſus* : *Cathæreticorum*. In excreſcentia carnis, ſeu morbis ab hyperſarcoſi natis: in polypo, tuberculis, verrucis, callis abſumendis, detrahendis. *Septicorum*. In tumoribus variis, polypis, ozœnis, in callis & excreſcentiis, vlceribus putridis, phagedænicis, malignis, partibus corruptis & auferendis. Sed hæc potiùs, quia labem inemendabilem relinquunt, ex agro Chirurgico exterminan-

da eſſent, eorumque loco vſurpanda, ſi opus, Detergentia, Cathæretica, Eſcharotica, *Eſcharoticorum* ſiue *Cauſticorum*. Cùm cutis quauis de cauſa aperienda eſt, & laborans ſectionem vel vſtionem per cauterium actuale ferre nequit, tunc vtimur medicamento cauſtico. Item, vbi ſanguinem ſupprimere volumus è vaſorum eroſione erumpentem, nam cruſtam inducit, tanquam operculum, parti, è qua ſanguis fluit. Pyroticis annumerantur *Pſilotrha*, ſeu medicamenta depilatoria, h. e. partem piloſam glabram reddentia habent enim & ipſa facultatem erodentem & cauſticam.

Materia Cathæreticorum.

Radices; ariſtolochiæ rotundæ in furno ſiccata; aſphodeli, cucumeris ſylueſtris, quæ mitiora; hellebori nigri, quæ validiora.

Cineres; teſtarum concharum, tithimalorum, gallarum vſtarum.

Lapides; pumex crematus, lapis lazuli illotus: quæ mitiora.

Mineralia; vitriolum calcinatum, plumbum vſtum, argentum viuum præcipitatum, ærugo, ſublimatum, æris ſquamma, calx, chalcitis, miſy, ſory, antimonium calcinatum peculiariter

culiariter ad cancros, ſal ammoniacum, cinabrium.

Olea; vitrioli, ſulphuris. *Aqua fortis.*

Vnguenta; apoſtolorum, ægyptiacum, Iſidis.

Trochiſci; Muſæ, Paſſionis, Andronis.

Materia Septicorum.

Arſenicum { Purum. / Sublimatum.

Auripigmentum.

Cedrinus liquor.

Chryſocolla.

Sandaracha Græcorum.

Aconitum.

Dryopteris.

Pithyocampe.

Materia Cauſticorum ſiue Eſcharoticorum.

Materia *communis* eſt ferè lixiuium, è quo ſapo conficitur, ex quo vel ſolo cauterium fieri poteſt, quod ſexcentis aliis præfert Heurnius l.1.meth. ad praxin, quem vide ibidem: *Propria* materia eſt multiplex, ac vix Chirurgus exiſtit, qui non aliquid ſecreti iactitet; alius enim lixiuio addit vitriolum

ſublimatum, auripigmentum, ſalem ammoniacum, nitrum, fel vitri, cineres clauellatos, ſalem gemmæ, &c. ex quibus variè *componunt ſua cauteria.*

PSILOTHRA.

Ad depillandas partes, alij vrentia actu vſurpant, (aurum maximè,) alij poteſtate agenti, qualia ſunt:

Lixiuium forte.
Calx viua.
Oua formicarum.
Sandaracha.
Arſenicum.
Auripigmentum.
Oleum { Sulphuris. / Vitrioli.

GLVTINANTIA

Κολλητικὰ medicamenta ſunt, quæ labra recentis vulneris coniungunt. Talia in calore ſunt temperata, ne acrimonia feriant: in reliquis qualitatibus deſiccant cum adſtrinctione, & ſubſtantię craſſitie, ſic enim prohibent, ne inter labra coitura aut influat, aut ſuccreſcat humor. *Vſus* in cruentis

cruentis vulneribus, quamuis & vlceribus, vbi mundata ſunt, Hæc autem *materia* vſitatior.

Radices: pentaphylli, tormentillæ, ſymphiti.

Folia: ſaniculæ, pyrolæ, piloſellæ, herniariæ, cynogloſſi, plantaginis, hyperici, verbenæ, ſalicis, ſcabioſæ, attractylis, iſatidis, chamæpyteos, centauri minoris, millefolij, betonicæ, bugulæ.

Gummi ſarcocolla, ſanguis draconis.

Reſinæ: thus, myrrha, pix, terebinthina.

Succi: aloë, hypociſtis.

Animalia: mumia, lumbrici, pili leporis vſti.

Mineralia: lithargirum, plumbum, cadmia, lapis calaminaris.

Vnguenta: de lithargyrio, de betonica.

VVLNERARIA.

Τραυματικὰ medicamenta ſunt, è quibus potiones vulnerariæ vulgò dictæ componuntur: quorum vis eſt ſingularis ſanguinem expurgandi & ab omni excrementitiorum humorum colluuie vindicandi, vt ex eo, tanquam laudabili materia, caro & quæuis alia ſubſtantia deperdita promptè reponi poſſit, & pars priſtinæ vnioni reſtitui. Vide

Paræum lib.18.c.28. *Vſus* in vlcerum & vulnerum difficiliore curatione.

Materia ita ſe habet.

Radices, tormentillæ, conſolidæ vtriuſque, zedoariæ, galangæ, angalicæ, biſtortæ, ariſtolochiæ rotundæ, liquiritiæ, cariophyllatæ.

Herba ac folia; limonij, ſaniculæ, pyrolæ, verbenæ, alchymillæ, perſicariæ, vincæ peruincæ, agrimoniæ, ophiogloſſi, cyclaminis, virgæ aureæ, vel conſolidæ Saracenicæ, equiſeti, betonicæ, pimpinellæ ſanguiſorbæ, ceterach, artemiſiæ, lilij cōuallij, centaurij minoris, veronicæ, polygonati, plantaginis, ſabinæ, cardui benedicti, piloſellæ, hyperici, tanaceti, herniariæ, ſcordij, ſerpentariæ.

Fructus; cicera rubra, grana iuniperi contuſa, nux iuglans.

Animalia; cancri fluuiatiles, aſtaci, mumia, oculi cancri.

Marina: ſperma ceti.

*Lapid.*ac *terra*; corallum rubrum, album, bolus armena.

Aquæ deſtillatæ ex herbis prædictis.

SARCOTICA:

Medicamenta ſunt, quæ remouent impedimenta

pedimenta naturæ in carnis generatione; videlicet, duplex excrementum, quod in ipſa carnis generatione perpetuò gignitur: tenue nimirum, quod ichor ſiue ſanies vocatur, vnde vlcus humidum redditur: & craſſum, ſiue ſordes, vnde ſordidum efficitur. Illud exſiccandum, hoc detergendum eſt. Naturam itaque habent Sarcotica moderatè calidam & ſiccam infra ſecundùm ordinem, & detergentem ſine morſu. Quod enim calidius, carnem colliquat; frigidius adſtringit, & ſanguinem ad generationem carnis fluentem repellit: ſiccius abſumit quod influit: detergens cum morſu non modò ſanguinem in carnem concreſcere non ſinit, ſed & mordicando fluxiones non excitat. *Vſus* in vulneribus aut vlceribus cauis.

Quoad *materiam*, quæ inter Sarcotica recenſentur, vix merè talia ſunt, quin ſimul vel glutinantia, vel detergentia, vel pus mouentia exiſtant; aliorum proin temperanda mixtione. Propriè verò talia ſunt ſequentia, inter quæ ſicciora ſiccioribus, minus ſicca humidioribus adhibēda ſunt corporibus.

Radices; ſymphyti, iridis, ariſtolochiæ.

Folia; hyperici.

Succi; aloë.

Farinæ; hordei, orobi, erui, fœnograeci.

Reſinæ; thus, colophonia, maſtix, reſina

pini, lachryma abietis, pix, terebinthina, myrrha.

Gummi: tragagantha, ſanguis draconis, ſarcocolla.

Mineralia: cadmia, ceruſa, tuthia, pompholix, lithargirium, plumbum vſtum & lotum.

Vnguenta: aureum, deſiccatiuum rubrum.

Emplaſtra: de betonica, de gratia Dei.

EPVLOTICA.

Cicatrizantia ſunt, quæ vlcus carne repletum cicatrice obducunt. In paſſiuis valdè ſunt ſicca, vt non modò abſumant humorem influentem, ſed & eum, qui in carne vlceris eſt: craſſioris ſubſtantiæ, vt adſtringant & contrahant. In actiuis frigida potiùs, quàm calida, ac ſine morſu: licet multa inter epulotica numerentur, cum morſu deſiccantia, durioribus tantùm corporibus conuenientia. *Vſus* patet. *Materia* hæc eſt.

Radices: ariſtolochiæ, rotundæ, tormentillæ.

Folia: plantaginis, myrthi granatorum, cauda equina, numularia.

Cortices granatorum, glandium calices.

Cineres:

Cineres & vſta; lanæ crematæ, linteorum, goſſypium vſtum, ſpongia vſta, pili leporis vſti, teſtæ fornacum vſtæ.

Gummi & ſucci; ſanguis draconis, acacia.

Fructus; cupreſſi, gallæ immaturæ.

Flores; balauſtia, roſarum.

Terræ; Lemnia, Armena, crèta alba.

Lapides; hæmatites, calaminaris, gypſum.

Metallica; ſcoria ferri, alumen vſtum, plumbum vſtum & lotum, plumbi puluis de quo vide Fernel. lib. 6. m. m. c. 16. æs vſtum, ceruſa, lithargirium, chalcitis, cadmia lota, pompholis ſulphur, auripigmentum, vitriolum, tuthia vſta, lota, antimonium vſtum, calx lota, ſpodium.

Animal. cornu ceruı vſtum, os ſæpiæ, ebur vſtum, oſtreæ teſta.

Marina; corallia.

Vnguenta: album Rhaſis, nutritum, vel de lithargyrio, de ceruſa, de tuthia, de minio, deſiccatiuum rubrum.

CICATRICES DELENTIA.

Adipes & medullæ: humana, aſinina, ceruina, axungia thymali piſcis.

Olea: myrrhæ, vitellorum ouorum, camphoræ, balſamum orientale.

Farinæ; fabarum, & *ſuccus* hederę.

Semina; erucæ, ſinapi.

Mineralia; borax, nitrum.

Aqua; florum liliorum, & fabarum. Ex quibus varia fiunt vnguenta, linimenta.

CALLVM GENERANTIA.

Πωρωτικά dicuntur; non quòd propriè callum generant: hoc enim naturæ opus: ſed quòd naturam hoc in opere adiuuant. Talia in actiuis moderatè ſunt calefacientia, (ne reſoluant & conſummant ſuccum, è quo callus generari debet,) in paſſiuis deſiccant: quoad ſecundas qualitates, incraſſant, indurant, adſtringunt. Súntque.

Interna; ſuccus primulæ veris, radicis agrimoniæ ſuccus aut puluis: cum primis lapis oſteocolla ad ℥j. cum aqua ſymphyti.

Externa; aloë, acacia, bolus Armena, farina volatilis, lapis oſteocolla, nux cupreſſi, thus, gummi tragacanthæ.

LIBRI

LIBRI PRIMI PARS TERTIA.

De Remediis reſpicientibus ſymptomäta communiſſima, maximéque vrgentia.

TYPUS.

Symptomata cõmuniſſima, maximéque vrgentia ſunt ſequentia, iiſque oppoſita remedia.
- Dolor, cui opponũtur.
  - *Anodyna.*
  - *Narcotica.*
- Vigiliæ, *Hypnotica.*
- Sanguinis fluxus Ἴσχαιμα.
- Syncope. *Reſicientia ſpiritus.*

ANODYNA.

ANODINA, vel *Paregorica* ſunt, quæ perſiſtente cauſa doloris, neque tamen ſenſus ſopiendo, dolorem leniunt: qualia ſunt in actiuis qualitatibus quàm maximè temperata, & calori noſtro ſimillima;

in paſſiuis humida: ſiue aquea, ſiue aërea: ſubſtãtiæ tenuis, omnis adſtrictionis expertiá. Hæc enim blando ſuo calore partis calorẽ fouent, tenuitate ſubſtãtię in partes ſubeunt, benigna humiditate eaſdem laxant: quò cauſa doloris in parte contenta, per ἄδηλον διαπνοὴν faciliùs diſcutiatur, & euacuetur. *Materia* horum talis eſt, quæ ſunt topica externa potiſſimùm.

Radices: althææ, liliorum, maluæ.

Folia: ſambuci, maluæ, violariæ, anethi.

Semina: lini, fœnogræci, tritici eiuſque farina, hordei.

Animal. partes, excrem. lac tepidum, butyrum recens, inſulſum, œſipus, vitellum oui, caro animalium adhuc calens, omenta animalium recens extinctorum.

Medullæ; omnes officinales.

Adipes & axungiæ: ſuilla, anſerina, gallinacea, humana.

Olea; oliuarum dulce, lumbricorum, roſarum, chamomillæ, amydalarum dulcium, liliorum, ſeminis lini; vitellorum ouorum, hydrelæum, anethinum, iaſminum, keirinum, ſeſaminum.

Panis triticeus mediocriter coctus, calens.

Medulla panis albi.

Mucilagines: ſeminis maluæ, pſyllij, althææ,

thææ, fœnogræci.

Seua: caprinum, ceruinum, hircinum.

Vnguenta: pectorale, althææ.

Ex quibus varia fiunt anodyna, fomenta, linimenta, pultes, cataplaſmata.

NARCOTICA.

Narcotica medicamenta ſunt, quæ partibus ſenſum auferunt, vel ſtuporem inducunt, ne id quod dolorificum eſt percipiant: quorum *vſus* in vehementiſſimis doloribus. Omnia quidem vehementer frigida, ſed non tàm manifeſta frigiditate, quam occultą ſtuporem inducunt.

Radix; mandragoræ, hyoſcyami.

Folia: hyoſciami, mandragoræ, papaueris, ſolani ſomniferi, tabaci.

Flores; hyoſcyami, papaueris, croci.

Semina: papaueris albi & nigri, hyoſcyami, lolij.

Succi inſpiſſati mandragoræ, hyoſcyami, opium.

Syrupi: papaueris albi, erratici.

Olea: mandragoræ, & ſeminis papaueris albi.

Opiatæ: theriaca recens, requies Nicolai, philonium Romanum, & Perſicum.

Pilulæ; de cynogloſſo.

Laudanum opiatum, ſiue nepenthes ad ℥iij.iv.v.

HYPNOTICA.

Somnifera medicamenta dicuntur, quæ ſuaues ἀναθυμιάσεις ad caput mittunt, & calidos ſiccos, & acres vapores temperant. Quorum *vſus* maximè, vbi à vaporibus acribus vigiliæ proueniunt. Cuiuſmodi ſunt ſequentia.

Folia; lactucæ, ſemperuiui, anethi.

Semina; lactucæ, frigida maiora, papaueris albi.

Flores; violarum, nympheæ, roſarum.

Fructus; amygdalæ dulces, nuclei perſicorum.

Aquæ; violarum, nympheæ, lactucæ, portulacæ, ſolani, roſarum.

Syrupi; violarum, nympheæ, papaueris.

Conſeruæ; violarum nympheæ.

Condita; caules lactucæ Italicæ conditi.

Succi; lactucæ, nympheæ, ſolani.

Species; diamargariti frigidi.

Olea ad inungendum frontem, tempora, & plantas pedum: oleum violarum, nympheæ, papaueris albi, amygdalarum dulcium, anethi, ſalicis, mandragoræ, ranarum,

Medulla; crurum vituli, cerui.

Vnguen

Vnguentum, populeonis. Ex quibus omnibus varia remedia ad ſomnum conciliandum, tùm interna, tùm externa, comparari poſſunt.

PROFLVENTEM SANGVINEM Cohibentiá.

Ἴσχαιμα ſunt medicamenta ſiſtentia ſanguinem vberiùs prorumpentem ex vena: ſiue aperta aut in vulnere pręciſa. Præſtant autem id, præter medicamenta cauſtica, quæ venas vrendo cruſtula (tanquam operculo) obducunt, quæ omnia cohibet, alia inſuper medicamenta variis modis: videlicet, vi emplaſtica, quatenus craſſa aut lenta ſubſtantia conſtant, venarum exitus infarcieute atque implente: aut vi refrigerandi, adſtringendi & ſiccandi, aliaue quadam proprietate. Quorum omnium *materia* communiter ſequens traditur.

Radices: ſymphyti, pentaphilli, rhabarbari torrefacti, vrticæ.

Cortices.: granatorum, cortex pini.

Folia: plantaginis, centinodiæ, equiſeti, vincæ peruincæ, pimpinellæ, ſanguiſorbæ, androſæmi, vrticæ, ſalicis, lenticulæ paluſtris, lactucæ, portulacæ, ſolani, ſemperuiui

vtriuſque rubi germina.

Flores; balauſtia, cytini.

Fructus; mala cydonia, pyra auſtera, ſorba, meſpila, rubi, mora immatura, rhus obſoniorum, gallæ immaturæ, gallæ exuſtæ, moxque aceto, vinove exſtinctæ.

Succi & liquores: acacia, hypociſtis, aloë, acetum, oxycratum, vel poſca, omphacium, aqua frigida, ſuccus cucurbitæ, portulacæ, vinum auſterum.

Reſinæ: thus, myrrha, maſtix, reſina fricta. 5.m.m.3.

Gummi: ſanguis draconis.

Marina: corallia.

Animalium partes, excrementa: gluten, mumia internè, externè: albumen oui, tela aranea, præſertim cui pollen è priſtina adhæſit, ſanguinis grumus exſiccatus, ſpodium de ebore, plumæ gallinaceæ combuſtæ, pili leporis & hominis combuſti, oſſa cremata.

Lapides; hæmatites, ſchiſtus, iaſpis, gypſum lotum.

Terræ; puluis communis 8. ſimpl. bolus, terra ſigillata.

Farinæ; tritici, fabarum, amylum.

Fuligines: fuligo à clibano, vel lebete æneo deraſa, fuligo thuris vel maſtices.

Mineralia: lithargyrium, ceruſa, pompholix, vitriolum,

vitriolum,alumen.

Marina, ſpongia,quæ eſt fungus marinus.

REFICIENTIA SPIRITVS.

Non eſt hic ſermo de iis,quæ cauſas ſpiritus reſoluentes tollunt, & per accidens eoſdem reficiunt:neque de iis, quæ cordis calorem roborant, ad cardiaca releganda,ſed de ſolis illis,quæ grato ſuo halitu & vapore ſubito ſpiritus reficiunt, quorum *vſus* in animi deliquio & ſyncope. Qualia ſunt.

Radices: acori veri, angelicæ, caryophyllatæ, cyperi, iridis Florentinæ.

Cortices & *ligna*; citri, arantiorum,lignum aloës, ſantala,maximè citrina.

Folia; calamenthæ montanæ, hyſſopi, lauendulæ, maioranæ, meliſſæ, menthæ, ocymi, roſmarini,pulegij, ſerpylli, thymi.

Flores: arantiorum, garyophyllorum, citri,iaſmini,lilij conuallij, limonum; ſpicæ omnes,roſarum,viola purpurea.

Baccæ; iuniperi, lauri.

Fructus; cotonea benè matura, poma redolentia.

Aromata;caryophylli Indici, cinamomum, macis.

Reſinæ ac *gummi*;ſtyrax,camphora.

Excrementa; moſchus,zibetum.

Aquæ & *aceta*: equa cinamomi,florum citri,arantiorum limonum,lauendulæ, jaſmini, roſarum, acetum, generoſum, garyophyllatum,roſatum.

Olea odorata; cinamomi, coſtinum, de nuce moſcata,ſpicæ,camphoræ, jaſminum, garyophyllorum,oleum balſami, corticum citri,& ſimilia.

NB. *in mulieribus hæc odorata naribus non admouenda,vbi adeſt metus ſuffocationis vteri;ſed potiùs graueolentia*,vt caſtoreum,ruta,&c.

LIBRI SECVNDI

DE MATERIA MEDICA *Particulari*.

SECTIO I.

De Remediis capitis.

Typus Sectionis.

Capitis

Capitis remedia dicata sũt vel

- Cerebro
  - *Cephalica.*
  - Caputpurgia.
    - *Errbina.*
    - *Sternutatoria.*
    - *Apophlegmatizantia.*
- Oculis, *Ophtalmica.*
  - ὀξυδορκικά.
  - *Anodyna.*
  - *Repellentia.*
  - *Digerentia.*
  - *Detergentia.*
- Auribus, *Otica.*
- Dentibus, *Odontica.*

CEPHALICA.

CEPHALICA propriè dicuntur, quæ cerebri calorem natiuum & ἰδιοσυγκρασίαν conſeruandi & inſtaurandi vim obtinent, cerebrúmque ab omni cauſarum illuuie expurgatum confirmant. Quorum (vt & omnium aliorum corroborantium, à partibus ipſis denominationem habentium) *Vſus* tùm antequàm morbi inuaſerint, tùm in ipſis, & poſt ipſos expugnatos: paſſim verò poſt vniuerſales purgationes, ad robur partibus reſtituendum, (vnde nomen

corroborantis,)ne poſteà vitioſos humores, indéque nouos affectus, ſuſcipiant aliundè, aut fiat recidiua. Licèt verò eiuſmodi corroborantium facultas videatur occulta; caliditatem tamen, vel frigiditatem coniunctam habent, quarum ope intemperiei calidæ, frigidæve veſtigia ſimul tolluntur. In ſpecie verò etiam Cephalica duplicia ſunt, calida, affectibus cerebri frigidis, & frigida, affectibus eiuſdem calidis & ſiccis, vt deliriis, mitificandis idonea.

Calida.

Radices; ariſtolochiæ, inſignis in epilepſia ab vtero, calami aromatici, acori & galangæ ad flatus, pœoniæ maris ad epilepſiam & pauores, viſcum quercinum etiam, iridis Florentinæ, cyperi, zedoariæ.

Folia; betonicæ, maioranæ ad flatus, ſaluiæ anguſtifoliæ, & centaurij minoris ad neruos firmandos, roſmarini ad tremorem & paralyſin, lauri, myrthi ad catarrhos, calamenthæ montanæ, lauendulæ, primulæ veris, ocymi garyophillati, ſaturejæ, hyſſopi, meliſſæ, origani.

Cortices & *ligna*: cortex citri, guaiaci, ſaſſaphras, xyloaloë.

Semina: coriandri, fœniculi, ſileris montani,

tani,*baccæ* iuniperi,lauri,myrthi : grana Kermes,ſeu tinctorum,pœoniæ, melanthij , ſeu nigellæ ſemen.

Flores : ſtœchados Arabicæ , cerebri , ac neruorum q.vita,vertigini, epilepſiæ , ac melancholiæ ſaluberrima: lilij conuallij, tiliæ,ſpicæ nardi , centaurij minoris, betonicæ,anthos , meliloti, chamomillæ.

Fructus: anacardia,ſed cautè , cùm ſanguinem adurant.

Aromata : moſchata,cubebæ, ℥. v. quotidiè deuorata,cardamomum, macis , garyophylli aromatici,cinamomum,zingiber,piper ad humidum cerebrum.

Reſinæ: thus ad obliuionem,maſtix,ſtyrax. benzoin.

Animal. caſtore um exim ium,oſchus,cinis hirundinum, & ſtercus pauonum in epilepſia.

Marina : ambra,ſuccinum.

Aquæ : foliorum prædictorum ſtillatitiæ, aqua viræ cum caſtoreo , theriacalis cum ſucco betonicæ imperialis , cœleſtis , cinamomi.

Olea : nucis moſcatæ, garyophillorum,cinamomi , maioranæ,ſuccini, roſmarini.

Syrupi : de ſtœchade, betonicá , *mel* roſarum,anthos,oxymel ſimplex, & compoſitū.

Conſeruæ; florum anthos, betonicæ, ſaluiæ, ſtœchados, tiliæ.

Condita: corticum citri, acori, myrobalanorum, nucis moſcatæ. Coriandrum obductum.

Confectiones: theriaca, Mithridatium vetus: confect. aurea Alexandrina, anacardina; ſed cautè.

Species dictæ in pituitam præparantibus.

Trochiſci; de carabe, gallia moſcata.

Externa.

Semen; nigellæ, vel cumini torrefacta, & linteo incluſa ſincipiti admóta.

Olea; myrtinum, rutaceum, laurinum, nardinum, nucis moſchatæ per expreſſionem.

Emplaſtra: de betonica, de baccis lauri, & in pertinaci dolore de Vigo cum Mercurio.

Ruta & ſerpyllum, ad dolores, deliria, mentis perturbationem, & vigilias.

Eodem modo Verbena.

Frigida.

Herbæ: acetoſæ, lactucæ, portulacæ, violarum,

violarum, cucumeris, capreoli vitium (*die glaben.*)

Lignæ: ſantala, citrina, rubra, alba.

Flores: roſarum, violarum ad ſumnum, nymphææ.

Semina: 4. frigida maiora: lactucæ, pſyllij, papaueris albi.

Succi; citri, granatorum, ribes, acetum, omphacium, opium.

Gummi; camphora.

Aquæ ſtillatitiæ; ex foliis & floribus prædictis.

Conſeruæ; ex floribus modò dictis.

Condita; caules lactucæ, & cucurbitæ caro condita.

Species: diamargariti frigidi, diatriumſantalon, diatragacanthi frigidi.

Trochiſci: de camphora.

Externa.

Simplicia prædicta, quibus addenda *folia* hyoſcyami, ſolani, ſemperuiui maioris, mandragoræ, ſalicis, pampini vitis.

Olea; ex floribus prędictis ac ſemine papaueris albi, omphacinum; ex floribus ſalicis, pro inunctione narium & temporum.

Vnguenta, roſatum, rẹfrigerans Gal.po-

puleonis: *ceratum* ſantalinum.

Cephalici, opponuntur, quæ capiti nocent. Qualia ſunt ſeqq. lib. 2. compoſ. ſ. l. c. 1. ſub finem. Semen agni caſti: ſuccus abſinthij: oliuæ nigræ & maturæ: arbuti fructus: myrrha, thus ſecundã valetudine hauſtum, vt Dioſc. vult: nam aliàs ſecundùm Auicen. obliuioni confert: hederæ cacumina, corymbi: fructus lentiſci: crocus, peucedanum: cyclaminus ſicca cum vino pota. Styrax multus ſomnos turbulentos facit, paucus triſtitiam diſcutit. Omnia denique nimis odorata καρβάρας inducunt, caput vaporibus replendo, in plethoricis præſertim.

ERRHINA.

Sunt medicamenta naribus indita, (vnde & Latinis *Naſalia*,) ad ſuperfluam pituitam circa meninges & cerebrum per nares expurgandam, vel citra manifeſtam cerebri agitationem, excrementis ſponte ad nares affluentibus, vel cum ſternutamento, quæ propriè Sternutatoria. Cenſentur calida tenuia, acria, & detergentia: inter quæ eligenda, quæ ſimul etiam Cephalica ſunt. Materia horum vel *ſimplex* eſt, vel *compoſita*.

Simplicia ſunt vel *ſicca*, vel *humida*.

Sicca.

Sicca.

Puluis, acori, caſtorei, croci, garyophyllorum, elaterij; (ſed cautè & aliis liquidis errhinis diſſolutus:) hellebori albi & nigri, nucis moſcatæ, piperis albi, pyrethri, zingiberis.

Radices; cyclam. & betæ inſtar turundæ naribus indita.

Folia nicotianæ ſiccata, naribus indita, optimum.

Fumus maioranæ, hyſſopi, & thymi, tabaci item per fiſtulam hauſtus.

Humida.

Succus: anagallidis purpureæ, betæ, br[illegible]cæ, betonicæ, chelidoniæ maioris, cyclaminis, cucumeris ſylueſtris, radicis iridis, hederæ arboreæ, hyſſopi, maioranæ, marrubij, nicotianæ, nigellæ, origani, pulegij, ſaluiæ, ſabinæ, ſambuci.

Butyrum recens naribus illitum.

Compoſita. Mel roſatum, anthoſatum, oxymel ſimplex & ſcilliticum. *Syrupus* de hyſſopo. *Confectio* muſtarda dicta, Alexandrina aurea, anacardina theriaca & Mithridatium antiqua. *Olea* ex piperibus, ireos.

STERNVTATORIA.

Ptarmica ſunt errhina ſtalidiora & tenuiora, acriora, fortiùs expultricem cerebri irritantia. Inter quæ vſitatoria ſequentia exiſtunt.

Radices; ireos, hellebori albi; euphorbium,quo nihil promptius, admixto parum caſtorei: pirethrum:*pulvis* nicotianæ inflatus. Ex quibus & aliis errhinis acrioribus ſubtiliſſimè pulueriſatis fiunt pulueres, ad ℥ j ß. ℥ ij. admixtis cephalicis æquali pondere, quorum g̃ j. ij. mediante calamo in nares inſuffletur,vel, ſi vehementia ſunt, pyxidi æneæ incluſa, mota pyxide naribus admoueantur. *Vel* nodulus paratur, ex pyrethr. ℈ ß.helleb.nigr.℥ j. naſturtij ʒ.ß.pulueriſatis & incluſis in nodulo, qui maceratus in aq. roſ. naſo odorandus admoueatur. Sternutamentum ſecurè citra moleſtiam excitat.

APOPHLEGMATIZANTIA.

Sunt medicamenta, quæ maſticata, gargarizata, vel palato illita pituitam è cerebro in os eliciunt, calore ſuo & acrimonia, qua tùm materiam capite conceptam attenuant, fundunt ac liquant; tùm ſimul expul

expultricem cerebri ſtimulant. Talia ſunt ſequentia.

Radices; acori, angelicæ, ireos, coſti, cyperi, gentianæ, galangæ, imperatoriæ, pyrethri, valerianæ, zingiberis.

Cortices; radicum capparum, arantiorum.

Aromata; cubebæ, nux moſcata, garyophylli, piper, grana paradiſi.

Folia; hyſſopi, lauri, lepidij, hydropiperis, majoranæ, naſturtij, nicotianæ.

Semina; aniſi, fœniculi, ſinapi, ſtaphiſagriæ, thlaſpi, ſeſeli, ſileris montani.

Fructus; ficus, paſſulæ, amygdalæ amaræ, baccæ juniperi, lauri.

Gummi; maſtix, ammoniacum, myrrha.

Animal. caſtoreum.

Hæc ſimplicia quoad *vſum*, vel maſticantur: vt paſſim rad. pyrethri macerata per noctem in aceto ad ℥j. vel puluis prædictorum ad ʒiij. ℥ß. excipitur ſ.q. ceræ, & ſiunt trochiſci lupinorum inſtar, quorum vnus maſticatur, & volutatur ſæpiùs in ore.

OPHTHALMICA.

Dicuntur in genere, quæ in variis oculorum affectibus perſanandis vſu recepta ſunt. Et in tres præcipuas claſſes diuiduntur.

Prima continet *oxydorcica*, h.e. viſum acuentia. Secunda, medicamenta inflammationi dicata, & quidem eius initio, *repellentia*, *anodyna*: ſtatu & declinatione, *digerentia*, vel *diſcutientia*. Tertia *detergentia* complectitur, in vlceribus, maculis, ſuffuſionibus & ſimilibus vſitata.

Oxydorcica.

Jnterna.

Radices fœniculi, chelidoniæ maioris, garyophyillatæ, valerianæ.

Folia; euphraſiæ, chelidoniæ, fumariæ, fœniculi, verbenæ, rutæ, hormini.

Semina: ſileis montani, raparum, raphani, fœniculi, carui.

Succi depurati: fœniculi, euphraſiæ, verbenæ, maioranæ, rutæ.

Aquæ ſtillatitiæ: euphraſiæ, verbenæ, chelidoniæ, fœniculi, rutæ.

Vinum euphragiatum.

E contrà viſui nocent, raphanus, allium, cepæ, ſinapi & naſturtium.

Externa oxydorcica.

Aqua mellis, ſi à tunicarum craſſitie ca-

caligo

caligo fiat. Aquæ deſtillatæ ſuperioribus oxydorcicis ſimplicibus, mixtis: additis, felle, vrina pueri impubis, vino albo melle.

Antimonij ʒ j. in aquæ ℥ iv. infuſa.

Succi prædicti oculis inſtillati: erucæ ſuccus, ſalicis florentis ſuccus, qui inciſo cortice fluxerit.

Anodyna.

Mucilagines; ſeminis pſylli, ſeminis papaueris albi, vbi ſimul lenien dum; ſeminis cydoniorum, vbi ſimul adſtringendum.

Aquæ; roſarum, peculi roſarum, plantaginis, ſolani, ſemper viui maioris, portulacæ.

Lac muliebre. Albumen oui agitatum in aqua.

Poma dulcia ſub cineribus, vel in lacte cocta. Succus pomorum.

Medulla panis macerata & cocta in lacte, addito pauco croco, ad ℈. iv. v.

Trochiſci albi Rhaſis, vbi vehemens dolor.

Opium in extremo dolore, ad ℈. ij. in collyriis liquidis.

Repellentia.

Aquæ; roſarum, myrtillorum, plantaginis,

violarum, portulacæ, ſolani.

Succi; cydoniorum, pomorum acidorum, granatorum, albumen oui.

Mucilago: ſeminis cidoniorum. Pulpa cydoniorum cocta in aqua adſtringente, vt peculi roſarum.

Diſcutientia.

Decocta; fœnogræci, chamomillæ, meliloti.

Fotus & *vapor*; ex iiſdem, & oxydorcicis.

Aquæ: aqua vitæ, euphraſiæ.

Animalium partes & *excrementa*: lac muliebre, ſanguis columbarum & turturum, pennæ pipionum ſanguine prægnantes extractæ, & expreſſæ in oculum: fel piſcium.

Gummi: ſarcocolla nutrita in lacte.

Reſinæ: myrrha, thus.

Succi: aloë, omphacium, vbi ardor ſimul adeſt.

Tandem crocus.

Detergentia.

Alia ſunt leuiora ſine morſu, quorum vſus in inflammationum declinatione, vt, ſaccharum candi, mel, ſuccus roſarum rubrarum, antimonium lotum, cadmia, pompho

pholix, tuthia, os ſæpiæ, lapis pumicis, plumbum vſtum & lotum. *Alia* ſunt validiora cum morſu: quorum vſus maximè in ſuffuſione, panniculo, aliquando & vlceribus: vt ſunt, fella piſcium, quæ leuiora; quadrupedum, quæ media; auium, quæ fortiſſima: quibus adde fel ſerpentum & viperarum. (*Nota.* Fel perdicum omnium validiſſimum, gallinæ mitiſſimum.) *Succi* cydoniorum, fœniculi, chelidoniæ, anagallidis cæruleæ, vrina, aqua mellis compoſita ex oxydorcicis. *Alia* ſunt fortiſſima: vt, vitriolum vſtum, ærugo, vitriolum album, cuius liquor cum ouorum albumine eximius in ophthalmia, rubedine, & pruritu oculorum; antimonium crudum.

OTICA.

Dicuntur aliàs ἀκουστικὰ, remedia auditum iuuantia: quæ duplicia ſunt, *Interna* & *Externa*. *Interna* ſunt cephalica recenſita, quæ humorem, vel flatum in interiore auris cauitate contenta, altera, abſumunt & diſcutiunt, ſiue calida ſint, dum malum eſt à craſſis frigidiſque humoribus, ſiue frigida, cùm à calidis ſurditatis cauſa exiſtit, quod in morbis acutis accidere ſolet, poſt criſin, materia ad aures protuſa.

Externa quoque duplicia ſunt, *Calida* & *Frigida*.

Calida ſunt ſequentia.

Aquæ; aqua vitæ ſimplex:aqua vitæ compoſita ex infuſione cephalicorum,aliorúmque, quæ lentum ac craſſum] humorem incidunt, detergent, digerunt,facta in vino albo.Infunduntur autem in hunc vſum, radices raphani,porri, ceparum, cyclaminis, hellebori albi:caſtoreum, crocus, nitrum, fel vaccinum,præter cephalica.

Decocta; ex iiſdem facta in aqua vitæ,aceto ſimplici,vel ſcillitico.

Succi;ceparum,porri raphani, rutæ fraxini.

Olea communia, vt amygdalarum amararum, nardi: & *deſtillata*, præter cephalica ſuprà dicta, ſequentia: ſaluiæ, rutæ, ſeminis cimini, carui, fœniculi, baccarum lauri,ſpicæ.

Pinguedo anguillæ deſtillans, dum in veru aſſatur, auri inſtillata; habet enim vim molliendi,& laxandi à pingui ſua ſubſtantia, attenuandi & digerendi partim ab igne; partim à foliis lauri,quæ interfiguntur fruſtris anguillæ, dum aſſatur. Suffitus in aures ex prędictis factus per tubulum æneum.

æneum. Moſchus cum lana bombycina impoſitus.

Frigida ſequentia vſurpantur.

Olea; nymphææ, roſarum, violarum: lac muliebre tepidum. *Succus* vitium, dum amputantur, lachrymæ. *Decocta* ex frigidis, V. G. roſa, malua, violis, ſalice, lactuca, nympæa.

ODONTICA.

Dicuntur, quæ dentes roborant, & ſordes detergendo dealbant, materia pro dentifriciis. Sunt autem ſequentia.

Ex *plantis*; pimpinella, parietaria, beta capill. Veneris, caules: *folia* myrthi, lentiſci, oleaſtri, pulegij, origani, hyſſopi, menthæ, ſaluiæ, roſmarini, ſeparatim, vel plura vſta, & in cineres redacta.

Ex *animalibus*: os ſæpiæ, oculi cancri, cornu cerui, concharum omnium genera, cochlearum terreſtrium teſtæ.

Ex *lapidibus*; pumex, lapis ſpongiæ, alabaſtrum, ſpecularis. Omnibus egregiè comminutis, aut, ſi ægrè fiat, priùs vſtis.

Oſſa, ſeu nuclei dactylorum; myrobalanorum, oliuarum, nucum cupreſſi, vſta.

Marina; corallia, ſpuma maris.

Succi terreſtres; ſal commune, ſal gemmæ, alumen, nitrum, ſupra tegulam ardentem fuſa, & vſta. Sal alkali; & eius diſſoluti innatans pinguedo, axungia vitri dicta. Tartarum vini albi. Cruſta panis vſta.

Hiſce addenda odorata, vt pulueres aromatum, ligni aloës, plantarum odoratarum, radicis ireos, moſchus & ambra; & ad corroborationē gingiuarum, maſtix, thus, myrrha.

LIBRI SECVNDI

SECTIO III.

De Remediis thoracis.

Typus Sectionis.

Thoracis remedia reſpiciũt
- Cor, *Cardiaca.*
- Pulmones,
  - *Becchica.*
  - *Pneumonica.*
- Mammas, *Lac*
  - *Generantia.*
  - *Corrumpentia.*

CAR

CARDIACA.

CARDIACA medicamenta ſunt, quæ cordi roborando, maliguitati arcendæ, & ſpiritibus generandis ſunt idonea. Talia ſunt omnia alexipharmaca interna ſuprà propoſita, niſi quòd calida cum frigidis confuſa ſint, quæ in vſu ſunt diſcernenda. Sed præter illa conueniunt ſequentia, quæ ibi non extant.

Calida.

Radices; doronici, zedoariæ, pentaphilli, gariophyllatæ, petaſitidis.

Cortex; arantiorum, citri.

Folia; cardui ben. ſaluiæ, calamenthæ montanæ, cardiacæ, hederæ terrreſtris, menthæ, ocymi, roſmarini.

Flores; ſaluiæ, lilij conuallij, ſpicæ.

Reſinæ; thus, ſtyrax, benzoin.

Animal. mumia, ſericum.

Marin. ſuccinum.

Aquæ; cardui ben. meliſſæ, ſcabioſæ, ſaluiæ, cinamomi, theriacalis.

Olea; garyophyllor. cinam. croci.

Condita; corticum citri, radicis ſcorzoneræ.

Trochiſci: de gallia, & alipta moſchata.

Species: lætificantis Galeni.

Frigida.

Radices: acetoſæ, bugloſſi.

Folia: acetoſæ, trifolij acetoli, borraginis & bugloſſæ, nymphææ, myrtus.

Semina cydonio1um, plantaginis.

Fructus: ceraſa acida, poma redolentia, ribes, cydonia, granata acida.

Flores: ſalicis.

Succi: acetoſæ, roſarum & fructuum modò dictorum.

Lapis granatus.

Mineralia, & *marina*: aurum, argentum, corallus, perlæ, mater perlarum præparata.

Aquæ roſárum, violarum, bugloſſæ, nymphecę, acetoſę, ceraſorum.

Syrupi: acetoſus, citri, granatorum, limonum, agreſtę, de ſucco acetoſę, violarum, roſarum, cydoniorum, nymphęæ, pomorum, ribes, oxyſaccharum.

Conſerua roſarum.

Condita: limones conditi, oxyacantha, ribes, ceraſa acida condita.

Species; diamargariti frigidi.

Trochiſci; de ſpodio, camphora.

Vnguenta, roſaceum, ſantalinum.

BECCHI

BECCHICA.

Sunt medicamenta,quæ contenta in pectore & pulmone excreméta apta reddũt,vt tuſſi facilè expurgari queant,ſic dicta à modo euacuandi per tuſſim.Græcũ enim nomen βὴξ tuſſim ſignificat,hinc βηχικὸς : aliàs ſputum mouentia & anacathartica, vt & à parte euacuanda thoracica , & expectorantia. Eaque ſunt duplicia , pro varietate excrementorum ; attenuantia videlicet,& incraſſantia:illa humores craſſos attenuando , incidendo & detergendo ; hæc verò tenues humores incraſſando , & ſimul leniendo expectorant.Vbi notandum,quòd ſi inter attenuantia quædam acriora videantur , ea lenientibus eſſe temperanda , ne tuſſis nimiùm irritetur , aut craſſus humor nimiùm illorum vſu exciccetur.

Materia attenuantium.

Radices ; ariſtolochiæ vtriuſque , althææ, angel.ari,enulæ campanæ,ireos,ſcilla,cepa, zingiber.

Folia; adianthi,capilli Veneris , calaminthæ,hederæ terreſtris, hyſſopi , nicotianæ , pro ſyrupo & ſuffitu; origani , pulegij , pul-

monariæ, praſſij : pes cati,h.e. gnaphalium montanum,ſcabioſa,ros Solis, tuſſilago, ſeu vngula caballina,aliàs becchium.

Semina; aniſi,braſſicæ,carthami,fœniculi: naſturtij, ſeſeli Maſſilienſis officinis, ſileris montani,vrticæ.

Baccæ; lauri, juniperi.

Flores; anthos, chamomillæ, ſcabioſæ, crocus à ℈ß. ad ℈ j.

Fructus: amygdalæ amaræ, caricæ,ſeu ficus in furno aut ſole exiccatæ,cappares.

Reſinæ; myrrha, terebinthina.

Animal.mel,pulmo vulpis vino ablutus & exiccatus ʒ ß. ʒ j.

Chymica: flores ſulphuris in eclegmate, & tabellis becchicis. Oleum ſulphuris, cuius guttæ aliquot miſcentur eclegmatis.

Aquæ; cardui benedicti, hyſſopi, tuſſilaginis, ſcabioſæ.

Syrupi;capillorum Veneris, hyſſopi, praſſij,tuſſilaginis,pedis cati,oxymel ſimplex,& ſcilliticum.

Conſerua: enulæ campanæ, capillorum Veneris, anthos, tuſſilaginis.

Pulueres: diaireos ſimplex,& Salomonis, diacalaminthæ.

Loch de pulmone vulpis, & ſimilia in ſingulis officinis vſitata.

Externa.

Externa.

Olea amygdalarum amararum, ireos, chamomillæ.

Vnguenta: reſumptiuum, dialthææ.

Emplaſtrum: filij Zachariæ.

Materia incraſſantium, & lenientium.

Radices; liquiritiæ.

Semina 4. frigida maiora, papaueris albi, lactucæ, maluæ, hordeum.

Flores: nymphæ (officinis nenuphar) violarum, papaueris rheas.

Fructus: amygdalæ dulces, dactyli, iuiubæ, nuclei pineorum, piſtacia, pruna dulcia, paſſulæ, ſebeſtena pruna.

Succi, liquiritiæ, amylum, penidia, opium.

Animal. butyrum.

Aquæ; violarum, papaueris rheas, nymphææ.

Syrupi de liquiritia, iuiubis, nymphæa, papaueris rheas, violarum, papaueris albi, mel violarum.

Conſeruæ; violarum, nymphææ.

Species; diatragacanthi frigidi, diapenidium.

Externa.

Olea violarum, nymphææ, amygdalarum dulcium.

Vnguentum roſatum.

PNEVMONICA.

Sunt medicamenta intemperaturis pulmonum corrigendis idonea: quorum materia eadem eſt cum becchicis. Inter quæ ad *calefaciendum* pectus excellit vſus florum ſulphuris ad ʒ j. cum ouo ſorbili, & terebinthinæ ʒ ij. diſſolutæ in oxymell. ℥ ij. Externè, thermæ ſulphureæ. Ad pectus verò *frigefaciendum*, vſus acidularum, lactis, niſi impediat catarrhus, decocti ligni rhodij, ſantali rubri ad tabem incipientem, & hæmopticam imminentem. Item conſerua roſarum acidula facta, frequenter vſurpata, manè, & ſub ingreſſum lecti. Reliqua in becchicis.

LAC GENERANTIA.

Dicuntur vel *propriè*, vel *impropriè*. *Propriè* lac generant, quæcunque multum & bonum ſanguinem efficiunt, cuiuſmodi ſunt alimenta polytropha, & euchyma, ac medicamenta

dicamenta temperata, quorum lac effectus eſt materialis. *Impropriè*, quæ moderata, incidendi facultate ſanguinem fluidum reddunt, & ad mammas deducunt, vt ibi in lac conuertatur de quibus hic ſermo. Vbi nota, quædam ex illis proprietate quadam impellere ſanguinem ad mammas. Sunt autem alia *interna*, alia *Externa*.

Interna.

Folia; Smyrnium Dioſc. ſeu petroſelinum Macedonicum verum, anethum, apium, ſion, polium, omnia virentia: polygala, lactuca in calidis; nam in frigidis minuit.

Semina recentia aniſi, fœniculi, erucæ, nigellæ.

Succus; cicerbitæ, taraxaci, tragopogi cærulei, ptiſana.

Puluis; cryſtalli tenuiſſ. ad ʒj. in liquore idoneo. Lac lunæ pondere ʒj.

Externa.

Mollientia ſimplicia, vt *radix* althææ. *Folia* anethi, maluæ. *Semen* lini. *Flores* camomillæ, admixtis etiam foliis & ſeminibus modò dictis, pro fotu. Item rubificantia, ſi cætera non iuuerint.

LAC MINVENTIA.

Minuunt lac, quæcunque vehementer refrigerando ſanguinem incraſſant, vel nimio calore digerunt, aut exiccant, vel tota etiam ſubſtantia lactis generationem impediunt. Qualia ſunt vel *Interna* eáque *calida*, vt, ocymum, ruta, calamentha, ſaluia, agnus caſtus: *frigida*: , vt, portulaca, ſemperuiuum, cucurbita, camphora. Vel *Externa*. 1. *Cataplaſma* ex calidis modò dictis in oleo coctis appoſitum. 2. *Linteola* omphacio intincta, & applicata. 3. *Apium* cum aceto tritum, & applicatum. 4. *Spongia* immerſa in decocto cumini, vel coriandri, facto cum aceto acerrimo, & admota, Secretum quorundam.

LIBRI

LIBRI SECVNDI SECTIO III.

De Remediis ventris inferioris.

TYPVS SECTIONIS.

Ventris inferioris partium medicamenta propria ſunt ſequentia,

- Ventriculi, *Stomachica.*
- Inteſtinorum, quibus præ cæteris partibus omnibus competunt.
  - *Flatus diſcutientia.*
  - *Vermes necantia.*
- Hepatis, *Hepatica.*
- Lienis, *Splenica.*
- Renum, *Nephritica*; eáque vel
  - *Lenientia.*
  - *Detergentia.*
  - *Lithontriptica.*
- Veſicæ, *Cyſtica.*
- Teſtium, *Semen*
  - *Generantia.*
  - *Extinguentia.*
- Vteri, *Hyſterica* eáq; vel
  - *Corroborantia uterum.*
  - *Menſes*
    - *Mouentia.*
    - *Siſtentia.*

STOMACHICA.

STOMACHICA ſunt, quæ peculiari vi humores in ventriculo contentos alterant, & ſimul concoctionem cæteráſque ventriculi functiones adiuuant & confirmant. Quorum alia ſunt *calida*, alia *frigida*. Vtraque non nimis aperientia & diuretica, ſed adſtringentia eſſe debent.

Calida.

Radices calami aromat. cyperi, galangæ, gentianæ maioris, zedoariæ.

Cortex arantiorum, citri. *Lignum* aloës.

Folia abſynthij, betonicæ, menthæ, origani, roſmarini, ſaluiæ.

Semina aniſi, citri, cumini, fœniculi, grana tinctorum.

Flores betonicæ, ſaluiæ.

Fructus amygdalæ amaræ, nuclei perſicorum.

Gummi maſtices ℥ ß. cum momento zingiber. aut zedoar. ex ouo ſorbili ſumpta.

Aromata omnia. zingib. præcipuè, piper integrum deuoratum.

Marina: ambra, ſuccinum.

Aquæ: foliorum dictorum, cinamomi, aqua vitæ

vitæ, ſpiritus aniſi.

Olea deſtill. garyophyll. nuc. moſc. cinamom. macis, cumin. ſuccini.

Syrupi; abſynthij, menthæ. betonicæ.

Conſeruæ florum abſynthij, betonicæ, ſaluiæ.

Condita: cortex citri, acorus condit. nux moſc. nux iuglans, zingib. condit.

Confect. alkermes, mithridat. theriaca.

Species: aromatici roſati, diagalangæ, diacydonij cum ſpeciebus.

Trochiſci: de abſynth. rhabarb. gallia moſcata.

Externa.

Olea: abſinthij, menthæ, maſtices, nucis moſcatæ per expreſſionem: nardinum.

Emplaſtra: de baccis lauri, pro ſtomacho.

Frigida.

Radices: acetoſæ, cichorij, plantaginis.

Folia: acetoſæ, endiuiæ, cicerbitæ, cychorij, 5. cappillar. dens leonis, myrthi folia.

Semina: 4. frigida maiora & minora, hordeum, myrthi.

Flores: cichorij, roſarum rubrar. cytinus h. e. mali punicæ.

Ligna; ſantala omnia.

Fructus: berberis, cydonia, granata, ceraſa, meſpilla, ſorba, fraga, malum citrium, myrobalani omnes, ſingulariter.

Succis: foliorum & fructuum: item acacia, hypociſtis.

Gummi; camphora, additis leuiter adſtringentibus.

Marin. corallium.

Aquæ: roſarum, plantaginis.

Sirupi de agreſta, de ſucco acetoſæ, cydoniorum, granatorum, myrtinus, miua cydoniorum.

Condita: ceraſor. cydon. ribes, berberor. vua acerba condita.

Conſeruæ: florum eichorij, roſarum, capillorum Veneris, acetoſæ.

Species: diatrium ſantalon, diarrhodon Abb. diamargaritum frigidum.

Trochiſci: de camphora, ſpodio, eupatorio.

Externa.

Olea lentiſci, cydonioru͂. *Vnguentu͂* roſatu͂.

VERMES NECANTIA.

Vermes necantia ſunt, quæcunquæ,

qualitate,

qualitate,vel manifeſta, vt acrimonia,amaritudine,ſalſedine,vel aciditate, quos ſapores lumbrici faſtidiunt; vel occulta vermibus inimica,illis exitium pariunt. Vbi *nota*: extra febrem calidioribus, in febre autem minùs calidis,h.e.acidis,vel mixtis vtendum eſſe.

Radices ariſtolochiæ,aſclepiadis, anchuſæ, biſtortæ,dictamni albi,gentianæ maioris & cruciatæ,filicis maris & fœminæ, carolinæ, helenij, ſuccisæ, tormentillæ,zedoariæ,rhabarbari,rubiæ,perſonatæ,petafititis.

Cortices radicum mori,& capparum.

Folia abſynthij (Pontici & Seriphij,)thymi,menthæ, rutæ, dentis leonis, polij,aſarinæ Matthioli, ſabinæ, marrubij, calaminthæ, tanaceti, perſicariæ, perſici, cardiacæ, carduibenedicti, rutæ caprariæ.

Flores centaurij minoris, lupulorum, hyſſopi.

Semina contra lumbricos,lupinorum,caulium, coriandrum præparatum, portulacæ, citri,arantiorum,atriplicis,anethi,hedy ari, nigellæ, pſeudomelanthij, naſturtij, erucæ ſatiuæ & ſylueſtris, napi, leuiſtici, lupuli, acetoſæ, cannabis, porri. Baccæ lauri.

Gummi: juniperini, Myrrha quæ *reſina*.

Animal. raſura cornu cerui & eboris, puluis lumbricorum terreſtrium, bouis

aſtragali, vnicornu.

Terræ: bolus Armena,& terra ſigillata.

Mineralia:ſulphur, ſal nitrum, argentum viuum ad ℈ ß.

Marina; corallina, ſeu muſcus marinus, corallum rubrum.

Succi, ex enarratis, omphacium,limonum, portulacæ.

Aquæ; abſinthij, gentianæ, graminis, portulacæ,raphani marini, vincæperuincæ, rutæ, menthæ, florum pruni ſilueſtris, endiuiæ,cichorij.

Condita; corticum arantiorum. citri.

Syrupi; abſynthij,endiuiæ,cichorij,de ſucco citri,arantiorum,berberis,ribes,de ſucco acetoſæ,byzantinus.

Conſeruæ: florum perſicorum, & garyophyllorum arantiorum,citri.

Olea: oliuarum,amygdalarum amararum, nucleorum perſicorum,vitrioli,gutt.ij iij.

Confect. theriaca,mithridatium.

Externa.

Olea: abſynthij, rutæ, colocynthidis,h.e. colocynthis oleo infuſa, & cocta, oleum laurinum.

Vnguenta: de arthanita, vnguentum ad vermes Auguſtanor.fella vmbilico ſuperpoſita,ac ventri inuncta.

FLATVS

FLATVS DISCVTIENTIA.

Carminatiua dicuntur, quæ cognata ſunt diaphoreticis, ſuo loco dictis: *vſus* in colicis, & vterinis doloribus.

Radix. angel. galangæ, imperatoriæ, ſpicæ Indicæ.

Cortic. arantiorum, in colico dolore præſeruando, & curando.

Folia: lauri, calaminth. origani, anethi, maioranæ, ſatureiæ, rutæ, puleg. hyſſopi; menthæ, ocymi, thymi.

Semina: aniſi, fœniculi, carui, cumini, dauci, ameos, petroſ. agnicaſti, angelicæ, arantiorum, citri.

Flores: camomill. centaur. minoris, ad flatus hypochondriorum.

Fructus: baccæ lauri appropriatæ colicis, & vterinis: iuniperi.

Aromata; macis, crocus, garyophylli, zingiber. cinamom. piper.

Animal. caſtoreum.

Aquæ: cinamomi, vitæ, & foliorum ſuprà dictorum.

Olea ſtillat. aniſi, fœniculi, carui, chamomillæ optimum.

Electuar. de baccis lauri, theriaca, diateſſaron, ℥ j. cum vino.

Species: diacimini, diagalangæ, roſata nouella.

Externa.

Olea; abſynth. anethi, rutæ, menthæ, laurinum, oleum ex maceratione ſeminum & flor. agnicaſti, optimum in colicis.

Emplaſtr. de meliloto. *Cataplaſmata*, & *ſacculi* ex prædictis fol. ſem. florib. in colicis vtiliſſimè.

Cucurbita cum multa flamma parti inflatæ impoſita, & in colicis ſupra vmbilicum, eſt inſtar incantamenti Galeno.

HEPATICA.

Hepatica ſunt medicamenta, quæ hepatis intemperium corrigunt, & obſtructionem, cui maximè obnoxium, prohibent, vel eidem medentur: & ſimul etiam ſubſtantiam ipſius leuiter adſtringunt, vt ſpiritus & calor hepatis, ceu principis partis, conſeruetur. Qualia ſunt incidentia, abſtergentia citra vehementem calorem, ac prætereà nonnullam adſtringendi vim poſſidentia.

Calida.

Radic. cyperi, enulæ campanæ, calami aromatici, rhabarbari, peucedani.

Folia; abſynthij, agrimoniæ, chamædrys, chamæ

camæpitys,fumariæ,lupulorũ, marrubij albi,mẽthæ,betonicæ, ſchœnãthi, roſmarini.

Semina; 4. calida maiora.

Flores: anthos, centaurij minoris, ſpicæ nardi.

Aromata: garyophylli, zingiber, nux moſchata.

Fructus; piſtacia, paſſulæ.

Aquæ; ex prædictis foliis & floribus deſtillatæ.

Syrupi; abſynthij, agrimoniæ, betonicæ, byzantinus, fumariæ, menthæ, de 2. & 5. radicibus.

Condita; acori, nucis iuglandis, nux moſcata condita.

Confect. theriaca, mithridaticum.

Conſeru. florum anthos, ſaluiæ, abſynth. enulæ campanæ.

Species; aromatici roſati, diarrhodon, diambræ, lætificantis Galeni.

Trochiſci; abſynth. eupatorij, dialaccæ de rhabarbaro.

Externè, olea abſynthij, nardinum, menth. maſtic. nux moſcat. per expreſſionem.

Frigida.

Omnia, quæ in tabula ſtomachicorum frigidorum continentur, in hunc quoque cenſum hepar refrigerantium referri debent; quibus adde ſequentia, quæ ſtomacho

minùs proſunt, hepati autem dicata ſunt.

Radices;ruſci, aſparagi.

Folia; agrimoniæ, fragariæ, lentis aquaticæ, graminis.

Semina alkekengi. *Flores* violarum.

Aquæ agrimoniæ. *Syrupus* byzantinus, de 2. & 5. radiçibus, vbi validæ obſtructiones adſunt.

Externa.

Olea; roſatum, omphacinum, nymphææ.

Vnguenta; roſatum, refrigerans Gal. ceratum ſantalinum.

Epithemata; ex aquis deſtillatis & ſpeciebus vtiliſſima.

SPLENICA.

Similia genere ſunt medicamenta hepaticis, ſecundùm Galenum, ſed valentiora attenuantia & aperientia, quæ minùs adſtringunt, propter craſſiora ipſius excrementa. Sunt autem duplicia: *calida*, melancholiæ naturali dicata; & *frigida*; atræ bili collectæ conuenientia.

Calida.

Vide tabulam melancholiam naturalem (melancholicum ſuccum dictum) præparantium. Quibus adde ſeqq.

Radic. calami aromatici, ariſtolochiæ, aſari,

aſari,bryoniæ,raphani,acori veri, ſeu galangæ maioris,iridis, ſcillæ,lupuli.

Folia; betonicæ,calamintæ,hyperici,chamædrys,rutæ, pulegij.

Semina; rubiæ,fraxini.

Fructus; baccæ hederæ.

Aromata;crocus, cinamomum.

Mineral. chalybs præparatus.

Liquor; acetum ſcilliticum optimum.

Syrupi; oxymel ſimplex & ſcilliticum.

Conſeru. florum tamariſci, geniſtæ.

Condit. acorus conditus.

Species;diacurcuma,dialacca.

Olea ſtillat. cumini, cinamomi, vitrioli.

Externa.

Olea; de capparibus, tamariſci, leucoii, rutaceum, amygdalarum amararum. *Vnguent.* de althæa. *Emplaſtr.* de mucilaginibus, diachylum cum gummis. Et alia magiſtralia vnguenta in quibus omnibus fere gummi ammoniacum & bdellium, cum puluere iridis, aſari, & cyclaminis præſcribenda. Aliæ item formulæ quamplures ex ſuperioribus ex-tempore compoſitæ,maximè ex ruta,naſturtio,vrtica,ſinapi, centaurio minore,aſaro,& cyclamine.

Frigida.

Repetantur ex tabula bilem attenuan-

tium, quæ ſimul etiam melancholiæ aduſtæ in liene collectæ conueniunt. Quibus adde oxylapathum & *externa topica* ſequentia.

Olea; violarum, nymphææ. *Vnguent.* refrigerans Galeni, roſatum, ceratum ſantalinum. Acetum acerrimum.

Animaduerſio.

Dulcia per ſe ſpleni nocēt, ſed aliis addita pro vehiculo ſunt. Pithagoras, cum quidam ei exprobraret: Nimiùm me irrides, reſpondit: Τοῖς σπληνικοῖς, τὰ μὲν δριμέα καὶ πικρὰ ὠφέλιμα, τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά; i. e. Splenicis acria & amara proſunt, dulcia nocent. Regula practica eſt.

NEPHRITICA.

Nephritica medicamenta ex ipſa renum ſtructura, officio, & peculiaribus affectibus, quibus renes obnoxij ſunt, triplicia ſunt: *Lenientia*, quorum *vſus* in renum ſcabritie, & aſperitate, & ardore, ſiue acrimonia vrinæ. *Detergentia*, quorum *vſus* in ſuppreſſione vrinæ à calculo, humore viſcido, arenulis; hæc ſub diureticis comprehenduntur: & *Lithontriptica*, calculos frangentia: quorum *vſus* in calculo conterendo & comminuendo, vt commodiùs expelli poſſit. Detergentia repetenda ſunt

ex

ex tabula diureticorum, cum quibus conueniunt, niſi quòd ibi vſum habent vniuerſalem, hîc particularem. Sermo itaque tantùm erit de lenientibus, & lithontripticis.

Lenientia.

Radic. althææ, liquiritia, graminis, aſparagi, eryngij.

Folia; plantago, adiantum omne, parietaria, acetoſa, lactüca, malua, nymphæa, portulaca, ſonchus.

Semin. althææ, bombacis, maluæ, lini, fœnogræci, 4. ſemina frigida maiora & minora, plantaginis, pſyllij, papaueris albi.

Flores; violarum, chamomillæ, nymphææ, papau. rheas.

Fructus; amygdalæ dulces, iuiubæ, ſebeſten, piſtacia, paſſulæ, pruna dulcia, caricæ, poma.

Gummi; tragacanthæ, amygdalæ amaræ, & ceraſi, camphora.

Animal. butyrum, lac, ſerum lactis.

Succi; liquiritiæ, lac amygdalarum.

Chymica; ſpiritus vitrioli, ſal prunellæ.

Aquæ; foliorum in hac tabula dictorum.

Syrupi; violarum, iuiubarum, nymphææ pomorum, de althæa Fernel.

Conſeru. violarum, nymphææ.

Condita; caules lactucæ conditi, caro cucurbitæ condita.

Species; diatragacanthi frigidi, diapenidium.

Olea; amygdalarum dulcium, camphoræ.

Externa.

Olea; violarum, nymphææ. *Vnguent.* roſatum, refrigerans Galeni.

Lithontriptica.

Lapidem comminnentium alia id faciunt vi manifeſta incidendi, & detergendi, abſque excellenti caliditate, vt Galen. l. 5. ſimpl. c. 13. aſſerit; talia enim per anguſtos meatus in profundum ſubeunt, ſicque per omnes partes penetrando continuitatem ſoluunt: nimius autem calor concretum calculum magis & obdurat. *Alia* ſua aſperitate ſuperficiem calculi abradendo lapidem comminuunt. *Alia* proprietate occulta id creduntur facere, quibus autor de dignoſcendis & curandis renum affectibus parum confidit. Quicquid ſit, proponemus materiam omnium eorum, quæcumque in calculo atterendo ab Autoribus vſurpantur, exceptis iis, quæ in tabula diureticorum continentur, quæ cum dicendis ſunt copulanda, ceu vſus eiuſdem. Vbi obiter *nota*, quibus affixus eſt aſteriſcus, illa excellentiora eſſe.

Radices; ariſtolochiæ, damaſonij, enulæ campanæ, filipendulæ, galangæ, acori, hippola

polapathi, iridis, leuiſtici, pimpinellæ ſaxifragæ, pœoniæ, raphani marini, rubi, vrticæ, ſcillæ.

Folia; abrotoni, bupleuri *, h.e. auriculæ leporis, capillares herbæ, chamædrys chamæpitys, braſſica, nardus celtica, partheniũ, hedera terreſtris, * origanum, polium, hyſſopus, veronica, quercûs & ſalicis folia, ſcordium, empetrum Dioſc. virga paſtoris, virga aurea, lamium Fuchſij, ad veſicæ calculum.

Cortices; glandium, coryli medius.

Flores; conſolidæ regalis.

Semina; anethi, carui, cumini, ſileris montani, ammi, petroſelini Macedonici, coriandri, crete marinæ. h.e. fœminiculi marini, bruſci, ocymi, raphani, hyperici, ſpinæ albæ, fraxini, nigellæ, naſturtij, pimpinellæ, lupinorum, geniſtæ *, xanthij *.

Fructus; baccæ lauri, nuclei perſicorum, baccæ hederæ arboreæ *, ſpongiolæ in cynosbato.

Aromata; zingiber, xyloaloe, ſantala rubra, nux moſcata, macis, garyophylli, piper, carpobalſamum, cubebæ, ſpica, ſchœnanthum, crocus, quæ ſimul etiam gratiam addunt medicamentis.

Gummi; ceraſorum, prunorum, iuglandis, vitis, Arabicum, tragacanthæ, elemi, olibanum, bdellium,

Reſinæ; laricea, abietina, terebinthina vera.

Animal. ſanguis hirci præparatus. ℨ j. cum vino, ſanguis leporis*. *Cineres* lumbricorum*, erinacei terreſtris, hepatis aſini, plumarum palumbarum, leporis integri, cum corio, carne & ſanguine combuſti, vel ſaltem pellis illius ſanguine madentis combuſtæ*, paſſeris troglodytæ (*Baunſchlipfferlein*) ſcorpionis, millepedum, ſcarabeorum*, renum leporis. *Pulueres* cranij hominis, callorum & vngularum equi pedum, aſtragali leporis, eboris, maxillæ lucij piſcis, cancrorum fluuiatilium, cochlearum operculorum hyemalium, ouorum teſtarum, oculorum cancri, ſtercoris murium, calculorum ab homine excretorũ, alcyon 3. Dioſc. lapides in felle bouis.

Lapides; ſpongiæ, lyncis, nephriticus*, iudaicus*, cryſtalli præparati.

Marina; ſuccinum. Inter *terras*, ochra.

Mineral. vitri combuſti cineres.

Succi; acetum aqua conuenienti dilutum, acidulæ, ſuccus arantiorum acidorum, baccarum halicacabi, millefolij, fœniculi.

Aquæ deſtillatæ; parietariæ, maluæ, althææ, florum geniſtæ, corticum fabarum, anonidis, ſaxifragiæ, aſparagi, petroſelini fœniculi, oſyridis*: quibus efficaciores ſequentes;

quentes,ſij Crateuæ,fœniculi marini,raphani, baccarum hederæ, & alkeKengi, chamomillæ,verbenæ, nucleorum perſicorum, terebinthinæ laricea.

Olea; nucleorum perſicorum, ceraſorum, aut amygdalarum amararum expreſſi, ad ℥ j. ſeminis citri,lappæ vtriuſque, terebinthinæ, aut laricea, oleum vitrioli, ſiue chalcanti.

Alimentoſa:

Raphanus in acetario comeſtus: raphanus marinus cum amygdalis contuſus pro bellario: petroſelini radices coctæ: aſparagorum & lupulorum teneritates: ſion Crateuæ*, ſiſymbrium & naſturtium* in acetariis: fœniculi marini folia condita,*, limonia mala, cynosbatos rectè pro bellario cum vino cocta, caro leporina. Paſſer troglodytis, vel cauda tremula.

CYSTICA.

Eadem,quæ renibus proſunt, etiam veſicæ conueniunt, niſi quòd valentiora requirit ſitus veſicæ, ne vires, antequàm ad locum affectum perueniant, euaneſcant. Speciatim in intemperie calida, & ardore vrinæ,vide,quæ hepar refrigerant, & renes leniunt: quia lotium acre redditur, vel ab

hepatis, vel renum intemperie calida.

SEMEN GENERANTIA.

Generant ſemen, *vel* propriè, tùm alimenta optimi ſucci, tùm medicamenta calore temperata, & humida: *vel* impropriè, excitando ſemen (de quibus hic potiſſimùm) & Venerem ſtimulando, qualia ſunt acria & flatulenta.

Radic. eryngij, ſatyrionis, rapæ ſatiuæ, bulbi eſculenti, aſparagi, erucæ, galangæ, zingiber viride, napus.

Folia; eruca, horminum, naſturtium, ſcorodopraſum.

Semina; cicera rubra, fabæ, erucæ, napi, vrticæ, phaſeoli, fraxini, lini.

Fructus; nuces pineæ, piſtacia, nucis Indicæ medulla, ſcolymus, eius caput & caules.

Animal. priapus tauri & cerui, ſcincus, moſcus, zibethum, gallinacei teſtes, cerebella paſſerum. oſtreæ.

Arom: crocus, piper, nux moſcata, garyophylli.

Marin. ambra cum ouo ſorbili ſumpta.

Condit. radicis ſatyrij, eryngij, zingiberis, diaſatyr. ad ℥ j.

Nota. Multa valdè calida & acria in hanc claſſem referri, vt & ſalſa, quæ ſemen

acrius reddendo, non generando, Venerem ſtimulant: quò refertur etiã vſus cantharidũ, quæ ad exulcerationem vſque irritant.

SEMEN EXTINGVENTIA.

Sunt valdè vel refrigerantia, vel diſcutientia. *Illa* ſunt, V. G. nymphæa, lactuca, camphora, portulaca, cicuta, &c. *Hæc* verò inter alia, agnus caſtus, ruta, mentha, ſemen anethi, agni caſti. Thus, Syrupus de nymphæa. Oleum de nymphæa externè renibus inunctum, aut perinæo, ad tentiginem impediendam.

HYSTERICA.

Hyſterica à fine *alia* ſunt vacuantia vterum, ea ſcil. quæ *menſes mouent*. fœtum ac ſecundinas ducunt, vterúmque ab omni humorum illuuie expurgant. *Alia* adſtringentia, *immodicum eius fluorem ſiſtentia*. *Alia* denique *corroborantia*, quæ ἰδιοσυγκρασίαν, & calorem ipſius naturalem conſeruant; quorum *vſus* in actionibus vteri iuuandis, conceptione ſcil. & partu: (vnde conceptionem iuuantia, & partum conſeruantia hùc reducuntur, quæ ſimul etiam adſtringunt:) vel in ſymptomatibus, quæ actiones vteri, & vniuerſi poſſunt perturbare; in ſuffocatione ſcil. vteri ſedanda.

MENSES MOVENTIA.

Menſes mouentia dicuntur vel *impropriè*, vel *propriè*. *Propriè* menſes mouentia ſunt quæ venarum vteri obſtructiones aperiunt, & ſanguinem ad vterum deducunt, calida 2. vel 3. ſicca verò 1. vel 2. ferè ad ſummum: ſubſtantiæ non planè tenuis, ſed mediocriter craſſæ, ne virtus citò diſſoluatur, inter quæ efficaciſſima, quæ amaritudinem aliquam acrimonia permixtam habent. *Impropriè* menſes mouentia ſunt diuretica, quæ ſanguinem craſſum attenuant ac fundunt, vt tempore menſium liberiùs fluere poſſit. Verùm ſola hæc vſurpari non debent, (cùm abductione ſeroſitatis ad vias vrinæ, ſanguis poſteà craſſior reddatur; vnde reſtagnant menſes;) ſed mixta cum appropriatis. De propriè dictis hic ſermo, ex quibus valentiora partum quoque iuuant, ſecundinas pellunt, & fœtum mortuum educunt. *Materia* talis eſt.

Radices; ari, ariſtolochiæ, aſari, bryoniæ, bilinguis, cyperi, cyclaminis, centaurij minoris, dictamni, gentianæ, gladioli, iridis, lauri, liliorum, pœoniæ, ſeſeli, valerianæ.

Folia; artemiſiæ, abrotoni, bellidis hortenſis, capillorum Veneris mitè, cardiacæ pul-

uis

uis cochlearis menſura partum iuuat,lilio-rum, matricariæ,matriſyluæ,majoranæ,meliſſæ,meliſſophyli, mentaſtri, mercurialis, ocymi, origani,polij montani, praſſij,polytrichi,ſabinæ,ſclareæ,ſcordij: ſion ad fœtum,ſaluia,ruta,trifolium odoratum.

Semina; agnicaſti,amomi,ameos,baſiliconis,nigellæ,pœoniæ,rutæ..

Flores: abrotoni,calendulæ,centaurij minoris, hypericonis, leucoij ſiue keiri flos ſiccatus,liliorum alborum,crocus ad ſecundinas,juli nucum(h.e. flores juglandis in puluere ad ℈j. eximium rhæ, ad ſuffocationem vteri,)matricariæ,ſpica.

Gummi: aſſa fœtida,bdellium, galbanum, mirrha, opopanax, ſagapenum, ſtyrax calamita.

Aromata; omnia; præcipuè crocus, & cinamomum.

Animal. caſtoreum, ſtercus accipitris, aut falconis, ℨj. ex vino: puluis teſticulorum equi caſtrati, in taleolas diſſectorum, & vino albo ablutorum, & exiccatorum in furno, ad ℨj.cum vino Hippocratico ad partum juuandum. Turtur aſſatus, cuius venter infarctus cinamomo, baccis lauri, juniperi, alternis aut aliquot ante partum diebus comeſtus. Secundina ouis ſiccata, & data in puluere. Succus ſcordij, ℥ß. ad fœtum cum croco,

Mineral. borax natiua eximia ad fœtum, ad ℈j. ex liquore.

Aquæ: ex prædictis herbis, quæ ſunt vſitatæ in officinis quibuſuis.

Sirupi: de artemiſia, praſſio, betonica,

Olea ſtillatitia: caſtorei, ſabinæ, cinamomi, de myrrha.

Trochiſci: de myrrha, ad ℥j. forma pilularum.

Externa.

Olea; liliorum, chamomillæ, leucoji

Lapis; ætites femori alligatus, ad partum, & magnes læua manu geſtatus.

Fel: bubulum; cucumer ſylueſtris, colocynthis in peſſariis.

Vngula; aſini ſuffitus ad fœtum & ſecundinas.

MENSES SISTENTIA.

Hæc quoniam coincidunt cum adſtringentibus ſuprà expoſitis l. 1. p. 1. ſ. 3. idcircò materia iſtorum medicamentorum ex tabula adſtringentium petenda eſt.

CORROBORANTIA VTERVM.

Radic. biſtortæ, calami odorati, coſti cyperi, galangæ.

Folia; betonicæ, majoranæ, ſaluiæ; quæ duo-

duo eximia: roſmarini, meliſſæ, melanthij.

Flores; majoranæ, anthos, ſaluiæ.

Fructus: baccæ lauri, juniperi.

Animalium excrementa; moſchus, zibeta.

Marina; ſuccinum, coralla, ambra.

Reſinæ; ſtyrax, benzoin, thus, maſticē.

Aromata; nux moſchata, garyophylli, macis, ſpica nardi.

Aquæ; betonicæ, majoranæ, meliſſæ, ſaluiæ.

Syrupus; de betonica.

Olea; ſuccini, garyophyllor. macis, nucis moſcatæ.

Condita: acorus conditus, nux juglans & moſcata condita: myrobalani & ſatyrium condita.

Opiata; tryphera magna cum & ſine opio: theriaca, mithridatium.

Trochiſci: galliæ & aliptæ moſcatæ.

Species: aromatici roſati, diambræ, diamoſchum.

Externa.

Olea: nucis moſcatæ per expreſſ. nardinum, myrtinum. *Emplaſtr.* pro matrice, & contra rupturam Nicol. Præpoſiti, emplaſtr. de maſtice. *Nota*, his ſelectioribus alij plura addunt ex menagogis.

LIBRI SECVNDI SECTIO IV.

De Remediis Artuum.

ARTHRITICA.

ARTHRITICA medicamenta dicuntur, quæ partibus neruoſis & membranoſis, ex quibus conſtant articuli, corroborandis dicantur, quorum *vſus* in arthritidis, eiuſque ſpecierum præcautione, & curatione. Suntque duplicia: *Interna* & *externa*. *Internorum* materia eadem eſt cum cephalicis; ſiue *calida* ſpectes, cùm defluxio eſt à materia frigida, ſiue *frigida*, cùm defluxio eſt à materia calida: quandoquidem neruorum eadem eſt atque cerebri ratio. Priuatim verò articulis conueniunt ſequentia mox recenſenda. *Externa* ſiue topica conueniunt *vel* initio arthritidis, *ardorem* & *dolorem lenientia*; *vel* in fine, *reliquias impacti humoris* (ne in tophum concreſcant) *diſſipantia*. Singulorum tùm internorum, tùm externorum materia talis eſt.

Arthritica interna præcipua.

Radices : acori, enulæ campanæ, ireos, pentaphylli.

Folia: verbaſci, primulæ veris, chamæpitys, ſiue iua arthritica, calamintha, centaurium minus, hypericum, betonica, ſaluia.

Lignum: ſaſſaphras, quod mirandum.

Flor. roſarum rubrarum.

Animal. caſtoreum, cinis cornu cerui, & cranij humani.

Marin. corallum rubrum vſtum.

Aromat. ſpica Indica.

Reſinæ quæcunque, maximè terebinthina.

Succi; opopanax.

Conſeru. chamæpityos in cauſa frigida: roſarum, in cauſa calida.

Externa ardorem, & dolorem lenientia ſunt.

Folia : ſolanum, plantago, althæa, hyoſcyamus, ſemperuiuum vtrumque, malua, parietaria, ebulus, ſambucus, lens aquatica.

Flor. roſarum.

Succi : acetum, phlegma vitrioli, albumen oui, oxycratum : ſal prunellæ ſolutum aqua, papaueris rhœados.

Gummi: camphora.

Mucilagines ; ſeminis pſyllij, ſem. cydoniorum.

Aquæ:roſarum,ſolani,plantaginis, papaueris rhœados.

Olea:violarum,nymphææ,roſarum,oleum ex ſanguine humano, elixir humanum vocatum.

Vnguent. roſatum,populeonis.

Externa diſſipantia reliquias humorum, & dolorum.

*Radic.*enulæ camp.cyclaminis, bryoniæ, cucumeris aſinini.

Folia,verbaſci, primulæ veris, chamæpityos, calaminthæ, naſturtium, centaurium min.nepetha,puleg.ebulus, hypericum.

Reſin. maſtix,bdellium, terebinth.

Fructus:hermodactyli.

Succi inſpiſſat. ammoniacum, opopanax, euphorbium.

Animal. caſtoreum.

Adipes:catiʲ, taxi, vulpis, vrſi, ſerpentis.

Vnguenta:martiatum,de althæa.

Olea:de lateribus*, caſtoreo, terebinth. hypericonis, mellis, ceræ, irinum, vulpinum, de euphorbio, (quod cautè vſurpandum,) ſambucinum.

Emplaſtra: de Vigo*, de mucilaginibus, melilota, oxycroceum.

Arthriticis annumerantur.

NERVOS ROBORANTIA.

Quæ neruos roborant, facultate conue-

niunt cum arthriticis, ſiquidem articuli, nerui omnes & partes neruoſæ (membranæ, tendines, ligamenta,) articulos ambientes & colligantes, eiuſdem ſint naturæ: Horum *vſus* neruorum in affectibus, paralyſi & ſtupore: tremore & conuulſione. Quoad *materiam*, alia calida, alia frigida.

Νδευτικὰ *calida.*

Radic. acori, eryngij, imperatoriæ, peucedani, rhaponticum, coſtus.

Ligna: ſaſſaphras, viſcum quercinum.

Folia; chamædrios, hyſſopi, lauendulæ, maioranæ, primulæ Veris, roſmarini, ſaluiæ, ſerpylli, ſpicæ *nardi, Celticæ, Italicæ*, tragoriganum.

Fructus; anacardia, nuclei pinei.

Grana; iuniperi, Kermes.

Aromata; cinamomum, piper omne, zingiber, macis, nux moſcata, garyophylli, cardamomum.

Reſinæ, ac *gummi*; myrrha, terebinthina Veneta, cum puluere chamæpityos, opopanax, ſagapenum.

Animal. cerebrum leporis aſſum, caſtoreum ad ℈ j. forma pilularum.

Conſeruæ: roſmarini, primulæ Veris, ſaluiæ, eryngij, beronicæ.

Confection. theriaca, Mithridatium, confectio anacardina.

Species: diagalangæ, pleresarchonticon.

Aqua: theriacalis, maioranæ, lauendulæ, ſaluiæ.

Externa.

Adipes: viperinus, vulpinus, ceruinus, humanus.

Olea: Philoſophorum, ceræ, chamomillæ, hypericonis, lumbricorum, nucis moſcatæ per expreſſionem, terebinthinæ, vulpinum, viperinum, coſtinum, petroleum, anethinum, ricininum, rutaceum.

Therma; ſulphureæ, nitroſæ, bituminoſæ, & parum aluminoſæ, harúmq; ſtillicidium ad principium ſpinæ, limus item ex his extractus, & illinitus ſedi affectæ.

Pinguedo anſeris deſtillans, dum in veru aſſatur, repleti thure, myrra, bdellio, mumia, &c.

Aqua vitæ particulis reſolutis affuſa plurimum prodeſt.

Fomenta & *balneā* ex artemiſia, conyza, calamenta, ruta, camomilla, anetho, ſaluia, chamæpytide, origano, hyperico, nitro, ſale.

Cataplaſmata ex iiſdem.

Νευαλγιά frigida.

Eadem cum cephalicis frigidis, quibus addenda.

Inter *ſemina*, hordeum.

Species:

Species: diarrhodon Abbatis, diatrium ſantalon.

Inter *externa*, mucilago pſyllij, folia vitis, acetum, & aqua roſacea: aqua chalybeata fluuialis, aquæ thermales ferratæ.

APPENDIX.

DE REMEDIIS,

AD AMBVSTA.

REMEDIA ad ambuſta ex Fernelio lib. 6. m.m. cap. 20. triciplia ſunt: *alia* inflammationem ſedant, & extinguunt empyreuma: *alia* puſtulas prohibent, & dolorem leniunt: *alia* excoriatas aut exulceratas partes dolentes leniunt, & moderatè ſiccando ad ſanitatem perducunt.

PRIMI GENERIS ſunt.

I. *FRIGIDA* omnia, quæ extinguunt inflammationem: vt ſunt,

Succi & *liquores*: aqua, acetum, oxycratum, oui albumen, ſuccus ſemperuiui, lactucæ, endiuiæ, ſolani, hyoſcyami, plantaginis, portulacæ.

Aquæ ſtillatitiæ herbarum prædictarum.

Terræ; quæ vis obuia, maximè Cimolia, bolus Armena, ſucco aquaue conuenienti, aut oxycrato ſoluta & illita.

Mineralia; ceruſa, alumen aquâ ſolutum, cum oui albumine, atramentum ſcriptorium ex aqua illinit Dioſcor.

Gummi; camphora.

II. CALIDA quædam ardorem euocantia: vt,

Folia; ari, & porri illita: ſambuci, & ebuli impoſita.

Cepæ cum ſale contuſæ, ambuſtæ parti impoſitæ.

Radici; aſphodeli in oleo decoctæ ſuccus, ad perniones, & ambuſta.

SECVNDI GENERIS remedia ſunt ſequentia.

Folia; liguſtri, ſaluiæ, myrti, cerato, vel adipe ſuillo excepta, & impoſita.

Eadem viridia contuſa, admiſtâ axungiâ illita.

Folia; maluæ, & papaueris corniculati eodem modo.

Gluten calidâ aqua emolitum. Dioſcorid. Myrti foliorum vſtorum puluis cum oui lutec.

Sal nitrum cum oleo roſaceo, vel ouorum.

Aquæ florum verbaſci, plantaginis ſolani, roſarum, addito interdum ſantalo rubro, & camphora.

Succus fœniculi, & vinum album cum aqua frigida, fuſa ſupra ambuſtum locum.

TERTII GENERIS remedia hæc ſunt.

Vnguentum de calce viua lota, quod componitur ex calce lota, & oleo roſaceo, vel butyro, additis aliis, ſi velis, vt ceruſa, camphora, mucilaginibus.

Oleum hyperici cum calce lota, efficax in quauis vſtione, etiam ex puluere ſclopetario facta.

Vnguentum album Rhaſis, vel de ceruſa.

Plura vide apud Fernel. loco citato. Hæc ſolùm, coronidis loco, ad complendas paginas, adiicere placuit.

- A. Formularum Medicarum tractatus habet libros duos continentes.
  - Medicamenta interna.
    - liquida.
      - apozemata.
      - iulepus.
      - potio.
      - ſyrupus.
      - vomitoria.
      - vina med.
      - emulſio.
      - amygdal.
      - hordeatum.
      - lac,& ſerum lact.
      - hydromel.
      - hydroſacc.priſ.
      - diæta , boch.
      - decoct. gall.
      - deſtill. inſtaur.
      - juſcula.
    - mollia.
      - bolus.
      - opiata.
      - eclegma.
      - conditum.
    - ſoli-da.
      - paſta reg.morſelli.
      - pandaleon.
      - maſſa panis,pincol.
      - tabellæ.
      - pilulæ.
      - trochiſci.
      - pulueres.

Externa.

A

- Externa.
  - Commū. plurib. Part.
    - epithema.
    - lotio.
    - fotus.
    - inſeſſus. ſemicupium.
    - balneum.
    - ſtupha, ſudator.
    - embrocatio.
    - linimentum.
    - vnguentum.
    - ceratum.
    - emplaſtrum.
    - ſpanadrapum.
    - cataplaſma.
    - rubificans
      - dropax.
      - veſicat.
    - ſacculi.
  - Propria partium quarum-iam.
    - frontale.
    - oxyrrhod.
    - cucufa.
    - collyrium.
    - gargariſmus.
    - apophleg.
    - dentifric.
    - errhinum.
    - ſuffiment.
    - odorament.
    - ſcutum.
    - peſſarium.
    - naſcale.
    - ſuppoſitorium.
    - clyſter.

- Materia medica eſt vel
  - A Vniuerſ. reſp.
  - B Cauſam morbificam peccantem
    - Qualit.
      - manif.
        - 1. alterantia.
        - 2.
          - craſſ.
            - atten.
            - incid.
          - tenu. incraſſ.
          - dur.
            - emoll.
            - gium.
            - diſſ.
          - lent. & erg.
          - acrim. epiceraſt.
      - occ. Alexipharmaca.
    - Quantit.
      - vac vniu. præp.
        - hum. digeſtiua.
        - corpus aperientia.
      - vac vniu.
        - purgantia.
        - vomitoria.
        - diuretica.
        - diaphoretica.
      - mat. flu. incraſſantia.
    - Motu
      - partis recip. repell.
      - viarum.
        - intercipientia
        - adſtringentia.
    - Quiete
      - inſenſib.
        - diſcutientia.
        - abſorbentia.
        - attrahentia. qual.
          - manif.
          - occulta.
      - ſenſib. ſub forma.
        - ichoris veſicant.
        - puris
          - ſuppu.
          - apoſt.
          - aperiētia.

Morborum

B

- Morborum ſumma gen.
  - intemper.
    - ſimplex, alterantia.
    - cum materia, habet rat. cauſæ.
  - orig.
    - ang. meat. inſenſ. Rarefac.
    - dil. meat.
      - ſenſ. adſtrin.
      - inſenſ. condenſ.
    - hyperſac.
      - conſtip. cauit.
      - magn. & num. auct.
  - vn. ſol.
    - ſimpl. Glutin. vulner.
    - cum dep. ſubſtantiæ, Sarcepul. e. g.
- Symptomata cōmuniſſima maximè vrgentia.
  - Dolor, cui opponūtur.
    - Anodina.
    - Narcotica.
  - Vigiliæ; Hypnotica.
  - Sang. fluxus, ἴσχαιμα.
  - Syncope, Spir. reficientia.

- Materia medica particularis reſpicit
  - Capiti remedia dicata.
    - Cerebro.
      - cephalica.
      - caputpurgia.
        - errhina.
        - ſternut.
        - apoph.legm.
    - Oculis Ophtalmica.
      - ὀξυδορκικά.
      - anodina.
      - repellentia.
      - digerentia.
      - detergentia.
    - Auribus, otica.
    - Dentibus, odontica.
  - Thoracem ſpectātia.
    - Cor, cardiaca.
    - Pulmones.
      - bechica.
      - pneumonica.
    - Mammas, lac.
      - generantia.
      - corrumpentia.
  - Ventri conſecrata.
    - Ventriculo, ſtomachica.
    - Inteſtinis.
      - flatus diſcutient.
      - vermes necant.
    - Hepati, hepatica.
    - Lieni, ſplenica.
    - Renibus nephritica.
      - lenientia.
      - detergentia.
      - lithontriptica.
    - Veſicæ, cyſtica.
    - Teſtibus, ſemen
      - generantia.
      - extinguentia.
    - Vtero hiſterica:
      - corrob. vt menſes.
        - mou.
        - ſiſt.

A

Artubus.

A

- Artubus dicata.
  - interna.
    - calida
    - frig.
      - quemadmodum cephalica.
  - extern.
    - in principio ardorem, & dolorem lenientia.
    - in fine reliquias impactis humores diſſipantia.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM.

A

Abſorbentia. 108
Adſtringentia. 103
Agaricus. 66
Alexipharmaca. 17
Interna. 18
Externa. 20
Aloë. 50
Alterantia. 6
Ambuſtis remedia. 190
Anodyna. 130
Apophlegmatizonta. 144
Apoſtema aperientia. 114
Aperientia. 113
Arthritica. 184
Attenuantia. 8. & 21
Attrahentia. 109

B

Bdellium, reſina. 110
Bechica. 155
Bilem attenuantia. 23
Incraſſantia. ibid.
Præparantia. 22
Purgantia. 30

C

Callum generantia. 128
Cardiaca. 153
Carthamus. 64
Caſſia. 33
Cathæretica. 116
Cauſtica. 117
Cephalica. 137
Cholagoga. 33
Cicatricem delentia. 127
Colocynthis. 75
Condenſantia. 116

Cyſtica. 178

D

DEtergentia. 14
Digeſtiua. 22
Diſcutientia. 107
Diuretica. 94
Diaphoretica. 107
Dulcia ſpleni nociua. 172

E

EBulus. 86
Elaterium. 88
Emollientia. 11
Emplaſtica. 101
Epiceraſtica. 16
Epithymum. 82
Epulotica. 126
Errhina. 142
Eſcharotica. 63
Eſula. 89
Euphorbium. 77
Extrahentia. 110. & ſeq.

F

FLatus diſcutientia. 167
Formularum ſchematiſmus. 192

G

GLutinantia. 123
Grumos diſſoluentia. 13

H

HElleborus niger: 82
Hepatica. 168
Hermodactyli. 71
Hydragoga. 86
Hypnotica. 131
Hyſterica. 179

I

IAlapa. 74
Incidentia. 10
Incraſſantia. 24. & 99
Intercipientia. 103
Ireos ſuccus. 87. & ſeq.

L

LAc generantia. 158
Minuentia. 160
Lac virginis. 15
Lapis Armenus. 84
Lazuli. 85
Laxantia. 107
Lenientia. 30
Lithotriptica. 173. & ſeq.

Linctus. 176

M.

MAnna. 38
Mechoaca. 73
Melancholiam præparantia. 27
Purgantia. 79
Menſes mouentia. 180
Siſtentia. 182
Myrobalani. 56

N

NArcotica. 131
Naſalia. 142
Nephritica. 172
Neruos roborantia. 548 & ſeq.

O

ODontica. 151
Odorifera mulieribus periculoſa. 136
Opopanax. 76
Ophthalmica. 145
Anodyna. 147
Repellentia. ib. & ſeq.
Detergentia. 148
Diſcutientia. ibid.
Otica. 149
Oxydorcica. 46

P

PAregorica. 129
Phœnigmi. 112
Pituitam præparãtia. 25
Purgantia. 64
Pneumonica. 158
Polypodium. 81
Pſilothra. 120
Purgantia. 31. & ſeq.
Pyrotica. 116

R

RArefacientia. 116
Repellentia. 99
Rhabarbarum. 45
Roſarum ſuccus. 43
Rubificantia. 118

S

SAgapenum. 77
Sambucus. 86
Sanguinem cohibentia. 96
Sarcotica. 124. & ſeq.
Scammonea. 59
Semen generantia. 178
Extinguentia. 179

Sena. 79

Septica. 116

Soldanella. 87

Somniſera. 131

Spiritus reſicientia. 96 & ſeq.

Splenica. 170

Sternutatoria. 145

Stomachica. 162

Sudoriſera. 96

Suppurantia. 113

Succi inſpiſſati. 110

V

Vermes necantia. 164 & ſeq.

Veſicantia. 112. & 116

Vomitoria. 90

Vterum roborantia. 182 & ſeq.

Vulneraria. 124

A01 1460764

Digitized by Google